



Alfonso de cortiño
Dordamano
y Putamayo
Bisnuestro
redentor

4
32 - 100

HIC LIE
a
S
D
R



0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12

HIC LIBE
HIC LIBE
HIC LIBE
HIC LIBE
HIC LIBE
Alfonso de ortúñu
D. Ortáñez
y Palencia
Biosnuestro
redenzo

4
32 - 100



HIC LIBER
EST Dida-

Alfonso de cortázar P

Pontanaria
y Palencia
Diosnuestro
señor

4
32 - 100



R.2776

HISTORIA UNIVERSA VETERIS, AC NOVI TESTAMENTI

in compendium redacta ,

Temporum ordine , & rerum
gestarum serie servata ,

A SEMINARII PATAVINI
ALUMNO

Ex Gallico in latinum idioma translatas
ac plurimum aucta .

Accessere

Appendices quædam S. Scripture studioſis
maxime utiles



VENETIIS, MDCLXIX.

Ex Typographia Balleoniana
Superiorum Permissu.



INTERPRES
LECTORI

Benevolo.



Pus hoc ; quod tibi ,
amice lector , exhibe-
mus , Gallica primum
lingua in lucem edi-
tum , ex consilio a Pativini
Seminarii Alumno latinitate dona-
tum est , ut communi maxime
omnium lingua vulgatum , com-

muni omnium consuleret utili-
tati . Neque tamen interpretatio
hæc adeo nuda , ac simplex est ;
ut nihil habeat , quo supra suunt ,
unde fluxit , exemplar emineat .
Cum enim in eo falsas non raro
nominum aut Græcorum , aut He-
bræorum etymologias Auctor tra-
diderit , pro iis legitimas reposui-
mus , nonnullisque opinionibus ,
quæ aut parum consonæ erant ve-
ritati , aut a communiori sacro-
rum interpretum sensu recedebant ;
veriores , communiioresque substi-
tuimus . Accessit librorum , & ca-
pitum sectio , qua juxta sacræ Scri-
pturæ volumina opus omne distin-
guitur , quæ cum juvare multum
possit lectoris memoriam , adden-
da nobis vîsa est , prætermissa ab

auctore . Ubi vero opportune fie-
ri potuit , interseruimus aliquæ ,
quibus obscurum aliquid expone-
retur ; ea tamen moderatione ser-
vata , ut non eos egredieremur si-
nes , quos sibi Auctor in hoc ope-
re proposuerat , in id unum inten-
dens animum , ut non sacrae Scri-
pturæ explanationem traderet , sed
historiam . Qui quidem labores no-
stræ in tui gratiam suscepisti si mi-
nus opus hoc commendant , com-
mendabit sane labores opus ipsum ,
cujus beneficio illud assequere , ut
sine laboris , temporisque dispen-
dio , numquam intermissa rerum
gestarum serie , sacrarum literatum
historiam , unica quasi comprehen-
sionis tabula , unico obtutu perlu-
stres universam . Si vero labores

nostros probaris, nostram qualen-
cumque excitabis industriam, ut
meliora in dies in tui commodum
meditemur. Vale.



SESTI
S * * * * * * * * * * S
SESTI

EIDEM LECTORI

Auctor Operis.



*Emo est eorum, qui
Christiano nomine
censentur, qui reli-
gionis sue mysteria
tenere non debeat, quorum co-
gnitio ex unico sacrarum lit-
terarum fonte, que veteri, no-
voque Testamento continentur,
hauritur. Has nimirum qui lit-
teras perlegerit, intelliget mira-
bilia illa ingentia, que Deus in*

gratiam electi a se populi patravit, beneficia, que in eundem larga veluui dextera effudit, factam Abraham in ejus semine futurae benedictionis, qua tellus omnis propter primi parentis lapsum innumeris confictata malis recrearetur, promissionem, atque hanc in Christi Domini adventis cumulate completam.

Quicquid porro sacrae Scripturæ libris comprehenditur, ad quatuor reducitur capita, nempe Historiam, Legem, Prophetiam, & Sapientiam. Ex his autem in opere hoc nostro primum tantum eorum persequimur, id nempe solum, quod ad historiam pertinet, cum reliquorum pertractatio ad eos spectet, qui libros Theologicos

conscribunt. Hoc igitur nobis est in hoc opere unice propositum, ut ea Christianum hominem methodo historica doceamus, que bonus, ac præpotens Deus in ejus fecit utilitatem, sive corpus, sive animam species, a condita rerum universitate usque ad Redemptoris mysterium in Crucis ligno consummatam, ut ea mala per lignum tollerentur, que lignum pridem in genus humanum intulerat.

Cum vero nihil facilius, aut firmius infigatur memoria, quam quod familiari quodam colloquio percipitur, historiam hanc omnem veteris, ac novi Testamenti in Catechismi formam per interrogaciones, ac responsiones concinnas-

vimus ; rati institutionem hanc nostram futuram lectori hac ratione digestam multo commodiorum .

Neque vero minus methodus hac cum re , de qua agitur , convenit , cum sacra Scriptura in rebus quantumvis sublimibus simplicem semper teneat dicendi rationem , quod parvulis libentius , quam sapientibus divinum sese verbum prodat , dicente aeterni Patris filio carnem humanam induto : Confiteor tibi , Pater , quia abscondisti haec a sapientibus , & prudentibus , & revelasti ea parvulis .

Excipe ergo humaniter , Christiane lector , historiam hanc , que summam tue continet reli-

gionis ; lege ea pietate , quam Deus a Verbi sui auditoribus postulat , ac divinam potentiam , quaeque ad eternam tibi parandam felicitatem ingentia suscepit opera , veneratus , una mecum hoc votum concipe ex animo , ut sanctissimum ejus Nomen latius diffusum nova semper sacrescentis fidelis populi prole ubique terrarum ea , qua decet , venerazione colatur . Vale .



NOI RIFORMATORI.

Dello Studio di Padova

A Vendo veduto per la Fede di Revisione, & Approvazione del P. Fr. Filippo Rosa Lanzi Inquisitor General del Santo Officio di Venezia nel Libro intitolato : *Historia universa Veteris, ac Novi Testamenti in compendium redacta &c.* Stampato, non v'esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi, e buoni costumi, concediamo Licenza agl' Eredi Baglioni Stampatori di Venezia; che possa essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 12. Gennaro 1768. M. V.

(Angelo Contarini Proc. Rif.
(Alvise Vallaresco Rif.
(Andrea Morosini 2. Cav. Pr. Rif.

Registrato in Libro a Carte
368. al Num. 2641.

Davidde Marchesini Segr.

Æ T A T U M

M U N D I

D I V I S I O.



N quot ætates mundi duratio dividitur?

B. A creatione mundi usque ad illius finem septem numerantur ætates.

Da mihi primam ætatem.
B. Ætas prima a mundi principio sumit exordium, & definit in universalē terræ cataclysimum, qui Noe tempore contigit; annis 1656. mense uno, diebus 26. comprehensa.

Cedo mihi secundam.

B. Sub diluvii finem, hoc est anno 1657. incipit ætas secunda, & in Abraham vocatio compleetur, anno mundi 203. & annos complectitur 426. mens. 4. dies 17.

Quænam est tertia ætas?

B. Ea est, quæ a vocatione Abrahami usque ad exitum populi Hebraici de servitute Egyptiata extenditur, idest usque ad annum mundi 2517. constat autem annis 430. completis.

Quænam est quarta?

B. Ætas hæc a liberatione populi usque ad ædificatum a Salomonē templum decurrit, hoc est usque ad annum ab orbe condito 2992. & annis 479. diebus quindecim absolvitor.

Quænam est quinta?

B. Sumitur quinta ætatis initium a Salo-

morici templi constructione, finis vero a liberatione populi in Partiam a Cyro remissi post Babyloniam captivitatem, id est ab anno mundi jam dicto 2992. usque ad annum 3463. quadringentorum, & sexaginta septem in universum annorum spatio conclusa.

Quot annos continet ætas sexta?

¶. Quingentos vigintidos; incepit enim anno a creatione mundi 3464. desit autem sub adventu Christi Domini, anno mundi 4000.

Quot annos ætas septima comprehendit?

¶. Id vero definiti non potest; cum ætas haec a Christi Domini adventu inchoata, usque ad consummationem saeculi, & usque ad alterum Christi Domini adventum perdurationa sit.

S. I.

*De Sacra Scriptura, quid ea sit,
deque illius partibus.*

Quid est sacra Scriptura?

¶. Est liber Deo dictante conscriptus, quo, & quid fide tenere, & opere persequi debeamus, instruimus.

Quibus nominibus appellatur ut plurimum Sacra Scriptura?

¶. Duobus. Alterum est verbum Dei, alterum Biblia.

Quid sibi vult hoc nomen, Biblia?

¶. Haec vox idem sonat, quod liber.

Cur facta Scriptura communis omnibus libris nomine appellatur?

¶. Quod ea inter omnes libros emineat dignitate.

Quisnam librum hanc conscripsit?

¶. Scriptores Prophetæ præteritum, atque Apostoli divinitus edidisti.

Quid

3
Quid intelligis per hoc nomen Proprietatum?

¶. Homines intelligo a Deo altero quoque tempore missos, ut divinam Hebreo populo voluntatem significarent, & futura praenuntiarent, v. g. Messiae adventum; & id genus alia.

Quibusnam libris continetur, quod Deus nobis per Prophetas revelavit?

¶. Libris veteris Testamenti.

Quod genus hominum Apostoli fuere?

¶. Duodecim fuerunt homines obscurō genere nati, quos Christus Dominus in terras calo ad humani generis redemptionem delapsus, ad vitę institutum suę advocatos instituit ad Ecclesiæ regimen, fideique Christiana propagationem.

Doctrina Apostolis a Christo tradita quibus libris comprehenditur?

¶. Partim comprehenditur libris, qui Novum Testamentum conficiunt, partim traditione non scriptis.

Quid est traditio?

¶. Traditione nihil est aliud, quam doctrina a Christo Domino Apostolis, & ab his Ecclesia ore tenus tradita, & ab Ecclesia per manus ad tempora usque nostra transmissa.

Quis est idoneus sacra Scriptura lector?

¶. Is, qui & pietate præstat, ac prætegra eam attente perlegit, & accurate, alterum facit, ut impletat tradita in ea præcepta, alterum vero, ut intelligat.

S. II.

Quot sunt Bibliorum partes?

¶. Due sunt; altera Testamentum vetus dicitur, altera novum.

Cur Testamenti nomen factis libris estimatis possumus?

R. Quia & Dei voluntatem nobis aperiunt, & Patris nostri hereditatem possunt.

Quid discriminis inter vetus, ac novum testamentum intercedit?

R. Multa sunt discrimina: Primum est, quod vetus Testamentum Christum Dominum obscurè nobis sub figurarum multiplicium cortice exhibeat, novum vero eundem prodat, atque ostendat apertissime. Secundum est, quod in illo loquatur Deus per Moysen, in hoc vero per Filium suum Jesum Christum. Tertium, quod illud fœdus quoddam sit inter Deum, & Hebraicū populum ad implenda divina præcepta timore adductum, hoc vero fœdus sit inter Deum, & Christianum populum charitatis, atque amoris vinculo Deo, ejusque legi colligatum.

Quid per testamenti veteris tempus intelligis?

R. Totum illud temporis spatium, quod ab Adami lapsu ad Christi Domini adventum elapsum est.

Quid per Testimenti novi tempus?

R. Tempus illud omne, quod a primo Christi Domini adventu, usque ad secundum in consummatione saeculi futurum est.

Quare prima Bibliorum pars vetus dicitur Testamentum?

R. Quod scripta sit in gratiam, & usum Hebraici populi a Deo quondam electi, cui substitutus in Lege Gratia est Christianorum populus, quocum ille collatus vetus, atque antiquus est Dei populus.

§. III.

Testamenti veteris pars prima.

Q Uot sunt Testamenti veteris partes?

R. Quatuor; nimirum lex, historia, sapientia, & Prophetia.

Quid per legem intelligis?

R. Normam quandam intelligo, juxta quam, quæ agenda sunt, facerent Hebrei, & a contrariis declinarent.

Quot libris lex hæc continet?

R. Quinque, scilicet Genesi, Exodo, Levitico, Numeris, ac Deuteronomio, quos libros idcirco græca voce Pentateuchum numerant, scilicet volumen quintuplex.

Hæc vox, Genesis, quid significat?

R. Vox hæc generationem, productionem, originem, orum significat.

Cur primus liber Legis hoc nomine affectus?

R. Quod prima rerum omnium primordia narrat, simulque Sanctorum Patriarcharum generationes exhibeat.

Hic Genesis liber in quot partes secatur?

R. In tres. Prima ea continet, quæ ab Adæ productione usque ad Noeticum cataclysmum contigere; secunda, quæ a diæ catastrophimo usque ad Abrahæ orum; terria demum, quæ ab ortu Abrahæ usque ad Patriarchæ Joseph mortem evenerunt.

Qui occurrit in Genesi, quod præ certe genitum animadversione dignum videatur?

R. Produçio Adæ, lapsus illius, & passim a Deo facta Mellæ promissio.

Quid sibi vult hoc nomen, Exodus?

R. Exodus græca lingua exitus est.

Cur hoc nomine appellatur?

R. Quia continet historiam filiorum Israhel de Aegyptiaca servitute egressorum.

In quo parts Exodi liber dividitur?

R. In duas. Altera narrat ea, quæ ab obitu Joseph Patriarchæ usque ad exitum Israhel de Aegypto contigere; altera vero, quid illis in deserta Arabiae solitudine usque ad Tabernaculi constructionem acciderit.

In Exodo quid præ ceteris notatione dignum legitur?

R. Occurrit potissimum Lex a Deo Israëlitis tradita de Montis Synai vertice.

Tertius liber Legis cur Leviticus nominatur?

R. Quia in eo Levitarum, ac Sacerdotum veteris Testamenti munera proponuntur universa.

Levitici quo parts sunt partes?

R. Due. Harum prior de sacrificiis agit a Deo institutis; posterior de iis, quibus est ea offerendi cura demandata.

Sacrificia omnia Testamenti Veteris quid referebant?

R. Referebant unicum illud sacrificium, quod in Ara Crucis a Christo Domino erat aeterno Patri in plenitudine temporis offerendum.

Librum quartum Legis cur librum dicimus Numerorum?

R. Quod potissimum Auctoris in eo libro sit institutum, catalogum eorum Israhitarum texere, qui armis Moysi, & Aaroni idonei visi sunt.

Præter Catalogum hunc continetur hoc libro quidquam aliud?

R. Maxime vero. Ea enim præterea narrantur, quæ a Monte Syna profectis Hebreis usque ad campistria Moab contigerunt.

Quid significat vox hæc, Deuteronomii,

quæ quinti, & ultimi libri Legis est nomen?

R. Græca hæc vox est, quæ ad litteram valet secundam legem, five legem secundavice traditam, seu malis, legis repetitionem.

Quare sic datus est liber iste?

R. Quia moriturus brevi Moyses Legem a Deo sibi datam repetit, quo ea in Israëlis memoria firmius insigeretur.

S. IV.

Testamenti Veteris pars secunda.

Quo nomine afficitur pars Testamenti secunda?

R. Appellatur Historia.

Quid venit Historie nomine?

R. Venit earum rerum narratio, quæ sub imperio Ducum, Judicum, Regum, & aliorum illustrium virorum, qui successu temporis Populo Israel præfuerunt, contigere.

Historia hæc quo libris continetur?

R. Libris continetur septendecim, nempe Josue, Judicum, Ruth, quatuor Regum libris, duobus Paralipomenon, Esdra duabus, Tobiae, Judith, Esther, Job, ac tandem duabus Machabæorum.

Quisnam Dei iustu mortuo Moyse rexit Israhel?

R. Josue magnus populi dux, qui vel vi vo Moyse sumمام rei militaris administrabat.

In hoc libro Josue quid narratur?

R. Status Israhelis a Moysis obitu ad universæ terra Chanaan possessionem.

Quo nomine appellantur, qui post Josue mortem in Israële Principes fuerunt?

P. Judices dicuntur, penes quos ius omne domi, & belli erat, non tamen regiis insignibus gaudebant, neque leges imponebant populo, sed eundem iuxta data a Deo praecpta gubernabant.

Quodnam est libri *Judicum* argumentum?

P. Israelitarum status in terra Chanaan, peccata ab eo populo inibi patrata, calamitates, quibus propterea pressus est, eorumque viorum historia, per quos vicinorum regum, ac populerum identidem insurrectionum conatus repressi sunt, & a populi servicibus servitutis jugum depulsum est.

Quid libro *Ruth* continetur?

P. Quid huic feminæ contigerit, quas perpetua fuerit calamitates, quomodo Booz conjux, & Christi Domini avia facta fuerit.

Quo nomine insigniuntur, qui in Israelis imperio judicibus successere?

P. Reges vocantur.

Quid primus Regum liber complectitur?

P. Ea complectitur, quæ sub duorum tremorum populi *Judicum* Heli, & Samue lis Imperio venerunt, quæque regnante primo Rege Saule gesta sunt.

Cujusnam rei historia texitur libro Regum secundo?

P. Eorum rerum, quæ in Israele factæ sunt ab interitu Saulis ad ultima usque regni Davidici tempora.

Quid libri tertius, & quartus Regum enarrant?

P. Regnum Salomonis, imperiumque Iudaici populi in duo divisum regna, quorum alterum Iudeæ, alterum Israelis dictum est, quæque imperantibus viginti regibus Iuda, & sexdecim Israelitis contigere, ad eversam usque, atque incensam Hierosolymam.

Quid

ac Novi Testamenti.

9

Quid significat hæc vox Paralipomenon?

P. Vox hæc græca est, & res prætermis- fas significat; hebraice autem liber hic vo- catur verba Dierum.

Quænam est librorum Paralipomenon ma- teria?

P. Ea, quæ ab Adam demortuo, usque ab Babyloniam servitatem acciderunt.

Quis fuit Esdras?

P. Sacerdos erat, ac legis doctor, ejus li- bri author, cui Esdræ nomen inscriptum est.

Quodnam est libri primi Esdræ argumen- tum?

P. Reditus filiorum Israel e Babylonica captivitate Hierosolymam, deque instaurata urbe sancta, ac templo.

Quis fuit Nehemias?

P. Et hic Sacerdos fuit, qui in captivi- tate illud gratia, ac sapientia obtinuit, ut Artaxerxi Longimanu fieret a pœnulis, ejusque libri author exstitit, qui modo Nehemias liber, modo Esdræ secundus nuncupa- tur.

Quid in causa fuit, ut hic liber duobus hisce nominibus afficeretur?

P. Duæ censemur fuisse causæ; altera, quod in eo contineantur ea, quæ ab Esdra, & Nehemias simul gesta sunt; altera, quod hi libri unico quondam volumine contine- rentur, & liber Esdræ vocarentur.

Quanam de re agitur in libro hoc Nehemias, sive Esdræ secundo?

P. De Judæis in patriam cum libertate remigrantibus, de Urbe instaurata, ac me- nibus ejusdem sub imperio prius Esdræ, deinde Nehemias ad justam celsitudinem, ac robur adductis.

Tobias quinam fuit?

P. Israelita fuit ex tribu Nephtali, in Afly-

Assyriam cum ceteris ex Israele captiuis ad-
ducus.

Tobiae libro quid nobis traditur?

R. Tobiae utriusque , Patris sc. ac Filii
vita , qui omnis virtutis exemplar fuere .

Quæ femina fuit Judith?

R. Pia quadam vidua fuit , ejus Dei
us est ministerio ad populum suum a gra-
vissima calamitate liberandum .

Esther quæ mulier fuit?

R. Femina quadam , quæ titroque orbata
Parente ab Assuero Persiarum Rege propter
eximia animi , corporisque bona in uxorem
ducta est .

Quid libro Esther narratur?

R. Narrantur Judæi ad certam intercessio-
nem designati , atque ab Esther gratia , qua
apud Assuerum Regem valde pollebat , li-
berati .

Quisnam fuit Job?

R. Rex quidam Idumææ , ac vere fortis
tudinis , raraque patientie exemplar .

Quid ejus in libro continetur?

R. Gestæ ab hoc viro præclara , atque ha-
bita ab eo cum amicis colloquia .

Unde nam Machabæorum nomen fluxit?

R. Ex insignibus depictis in vexillis Inde
Assamoniæ , qui Patriam in libertatem vin-
dicavit .

Quodnam est libri Primi Machabæorum
argumentum?

R. Victoriae plurimæ , quas retulere Ju-
das , ac Fratres ejus , qui Machabæi dice-
bantur , e Sacerdotali genere nati , eorum-
que in divina lege tuenda mira constantia .

Quid secundo cotundem Machabæorum li-
bro narratur?

R. Narrantur persecutions ex ; quibus non
destitere idololatriæ Principes Judaicūm po-

pu-

pulum premere , ut eum a vera religione
avocarent , & constanza subtexitur , qua im-
perterriti Judæi in patria , atque aucta reli-
gione perfliterunt .

S. V.

Testamenti Veteris Pars Tertia.

Quomodo vocatur pars tertia veteris Te-
stamenti ?

R. Vocabatur Sapientia .

Sapientia nomine quid intelligis ?

R. Consilia intelligo , atque præcepta , quæ
Judeos ad virtutem vocabant , & a vitiis
abstinebant .

Pars hæc quot libris absolvitur?

R. Quinque , nempe Proverbiis , Ecclesia-
tie , Canticō Canticorum , Sapientia , & Ec-
clesiastico .

S. VI.

Pars Testimenti Veteris Quarta.

Quarta veteris Testimenti pars quo nomi-
ne appellatur?

R. Prophetia dicitur .

Quid est Prophetia?

R. Prophetæ nomine veniunt revelatio-
nes , quibus Deus per Prophetas populo Is-
rael futura multa prænuntiavit , ut Christi
Domini adventum , & his similia .

Prophetia quot libris concluditur?

R. Decem , & octo , videlicet Psalmis ,
Isaia , Hieremia , Baruch , Ezechiele , Da-
nielle , Osea , Joele , Amos , Abdia , Jona ,
Michæa , Nahum , Habacuc , Sophonia , Ag-
geo , Zacharia , & Malachia .

Quid

Quinam sunt inter hos , qui majorum Prophetarum titulo insigniuntur?

R. Il sunt Isaías , Hieremias (ad quem & Paruch appendix reducitur) Ezechiel , & Daniel .

Quinam sunt ii , qui minores dicuntur?

R. Sunt ii duodecim , quos post Daniel enumeravimus , nemirum Oseas , Joel , ceterique , qui consequuntur .

S. VII.

De Novo Testamento .

QUARE secunda Bibliorum pars novum Testamentum vocatur?

R. Dicitur quidem Testamentum , quod supremam Christi Domini voluntatem continet ; dicitur autem novum , quod in plenitudine temporum post illud alterum , de quo antea , conscriptum est .

Novi Testamenti partes quot sunt?

R. Quatuor . Prima Christi Domini vitam , ac doctrinam continet . Secunda , qua ab Apostolis gesta sunt post Christi in Caelum ascensionem . Tertia , qua ab iisdem Apostolis ad instructionem nostram conscripta sunt . Quarta novissimum temporum exhibet Prophetiam .

Quibus libris Christi Domini vita , ac doctrina traditur?

R. Iis quatuor libris , qui ab Evangelistis conscripti Evangelii nomine appellantur .

Qua nota quatuor hi libri inter se distinguuntur?

R. Ex eorum nominibus distinguuntur , qui eos conscripsero . Primus enim D. Matthæi Evangelium dicitur , secundus D. Mat. ci , tertius S. Lucæ , quartus S. Joannis .

Quid

Quid sibi hoc Evangelii nomen?

R. Evangelium græca vox bonum nuncium sonat ; & pro quatuor dictis libris passim accipitur , quod in eo vita Christi Domini continetur , qui de Cælo in terras delapsus felicissimum attulit humano generi nuncium profligate Dæmonis tyranidis .

Ab Apostolis gesta post Christi ascensionem quem librum constituant?

R. Librum illum constituunt , quem D. Lucas Evangelista conscripsit , & acta Apostolorum dicitur .

Liber hic a Sanctis Patribus non raro Evangelium Spiritus Sancti vocatur quanam de causa?

R. Quod hic nobis liber aperiat , quid Apostoli , a Spiritu Sancto in die Pentecostes linguis igneis edociti , fecerint ad Ecclesias , & fidei propagationem , confirmationem , incrementum .

Consilia , & præcepta ad nostram doctrinam ab Apostolis consignata litteris , quibus in libris habentur?

R. Habentur in Canonis eorum Epistolis . Epistola istæ quot numero sunt?

R. Una , & viginti , quatuordecim scilicet scriptis Paulus , unam Jacobus , Petrus duas , tres Joannes Evangelista , & unicam Judas , seu Thaddæus .

Quid est ea , quam paullo ante dixisti novissimum temporum Prophetiam?

R. Est series illa revelationum , quibus Jesus Christus D. Joanni Evangelista in insula Patmos significavit , qua a primo ejus adventu usque ad secundum erunt futura .

Quis liber has revelationes edidit?

R. Liber , qui D. Joannis Apocalypsis inscribitur .

Quid significatur per Testamentum?

R. Si-

R. Suprema Testatoris voluntas , illius
neque , qui Testamentum obsignavit .

Quando nam vim suam obtinet Testamentum ?

R. Post obitum tantum Testatoris ; antequam enim ille obierit e vivis , vim nullam habet .

Condiditne Christus Dominus Testamentum ?

R. Maxime vero , illudque morte interveniente obsignavit .

Hoc Testamentum quo nomine nuncupatur ?

R. Ad differentiam alterius Testamentum novum vocatur .

Quinam sunt hi , qui ex Christi Domini Testamento ad hereditatem vocantur ?

R. Hi sunt , qui per ejus gratiam justificati filii Dei & nominantur , & sunt .

Quenam hereditas justis hominibus ex hoc obvenit Testamento ?

R. Duplex ea est ; altera in hoc seculo , & haec gratia est ; altera in futuro , nimirum aeterna gloria felicitas .

Cuinam commissum est , ut hoc Testamentum executioni mandetur ?

R. Hoc in se recepit Spiritus Sanctus , quo inspirante Prophetis , atque Apostolis Testamentum ipsum conscriptum est .

Quibus Testibus hujuscem nobis Testimenti veritas probatur ?

R. Angelis Sanctis , Apostolis , Martyribus , & universo Iustorum catu , qui omnes una voce consecutos se in Cælis hereditatem eandem profitenur .

HISTORIÆ SACRÆ

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

De Creatione Mundi . Genes. cap. 1.

Anno 1. Mundi .

Quis creavit Cælum , & Terram ?

R. Deus , qui non solum terram , sed quæcumque Cæli , terraque ambitu continentur , unico vocis imperio condidit universa .

Quo modo omnia haec condidit ?

R. Per creationem omnia haec ex nihilo eduxit .

Quantum temporis in hoc magno opere est collocatum ?

R. Sex dierum spacio cœpta est rerum haec universitas , licet uno perfici instanti temporis potuisset .

Prima die quid factum est ?

R. Facta est lux .

Die altera quid productum est ?

R. Firmamentum in medio aquarum , quod Cæli nomine Deus nuncupavit .

Tertia die quid actum a Deo ?

R. Divisit tertia die Deus aridam ab aquis , quibus in unum congregatis maris nomen imposuit , deinde vero terræ præcepit , ut omne herbârum , frugumque genus producere .

Quid

R. Quid condidit Deus quarta die?
R. Solem, Lunam, universamque stellarum multitudinem.

Q. Quo fine tria hæc a Deo creata sunt?

R. Sol quidem, ut præflet dici, Luna, ut nocti, utque utriusque eorum motu, & cursu tempora, anni, menses distinguuntur; stellæ vero Firmamento affixa sunt, ut vicarium Solis munus per noctem impletent.

Q. Quid actum quinta die?

R. Aeri aves, aquis pisces donati sunt, Sexta, & ultima die quid produxit Deus?

R. Animantia bruta cuiusvis speciei, hominis corpus effinxit e limo, eique animam inspiravit rationis partipem, quod sane ultimum opus ceterorum omnium præstantissimum fuit.

Septima die esse quidquam Deus operatus?

R. A novis creaturis condendis septima die cessavit; sed jam creatis benedixit, atque idcirco diem istum sibi perpetuo sacrum esse voluit.

C A P U T II.

*Translatio Adæ in Paradisum Terrestrem,
& feminina efformatio. Genes. c. 2.*

Anno Mundi 1.

ADAMUM JAM PROCREATUM QUONAM IN I^o CO DEUS COLLOCAVIT?

R. In Paradiſo terrestri, ut eum operaretur, & custodiret, ut loquitur S. Scriptura. Qualis erat hic locus?

R. Locus ad voluptatem factus, ubi omne plantarum genus, quæ exquisitissimos ede-

tedebant fructus; inter quas duæ erant, quæ peculiari animadversione sunt dignæ.

Quo nomine duæ istæ arbores vocantur.

R. Altera arbor vite, cujus qui comedere fructum, mortem effugeret; altera vero arbor Scientiæ boni, & mali dicebatur.

Quoniam præceptum Deus imposuit Adamo, ut ejus fidem probaret?

R. Illud ei præcepit, ut de ligno scientiæ boni, & mali ne comederet, indicta mortis poena, si delinquisset.

Quid hanc historiam consequitur?

R. Omnia animantia Dei jussu sunt post hæc ad Adam vocata, ut ab eo singula nomen acciperent.

Adam semperne solus domicilium illud incoluit?

R. Minime vero, sed feminam habuit ejus consortem felicitatis, cui nomen Heva.

Quamobrem hoc ei est nomen impositum?

R. Heva Hebraice vitam, seu vivam significat, adeoque in eam, quippe quæ viventium omnium futura genitrix erat, hoc ei nomen aptissime conveniebat.

Hoc vero Adæ vocabulum quid sibi vult?

R. Hæc vox hominem sonat, & quia primus homo de terra factus est, quæ hebreice Adama dicitur, a Deo nuncupatus est Adam.

Qua ratione Deus Hevam condidit?

R. Domine Adæ Dominus costam detraxit, & ex ea Hevam effinxit, & in locum detractæ costæ tanundem carnis substituit.

Creata Heva, quid de ea actum est?

R. Eam Dominus statim ad Adamum adduxit.

Adam Hevam intuitus quid dixit?

R. Nam dixit os de ossibus suis , & carnem de carne sua , atque adeo futurum consequentibus fecerit , ut reliqueret homo patrem , ac matrem , & adhaereret uxori suae , fierentem ambo una caro .

Conjuges in illo deliciarum domicilio quid agebant ?

R. Nihil prorsus aliud cogitabant , quam ut Deo sanctissime infervirent .

Eone semper animo in divino cultu persistere ?

R. Minime vero ; quoniam illius neglexere praeceptum .

C A P U T III.

Lapsus Adæ , & supplicium illius .

Genel. cap. 3.

Anno Mundi 1.

Quænam fuit causa lapsus Adæ ?

R. Divini inobedientia mandati .
Qua in re divinum mandatum contempsit :

R. Quod fructum arboris scientia boni , & mali comedit .

Quis illum ad hoc peccati genus induxit ?

R. Antiquus humani generis hostis , quod ferre non posset ad eas fides , quas ipse in Calis amiserat , hominem evehi .

Cujusnam ille opera usus est , ut primuum hominem ad peccandum impelleret ?

R. Uxor Hævæ opera usus est , quam vidiit multo facilius ad culpam induci posse , quam virum , eaque expugnata , per eam & matutum vinci posse facillime .

Qua arte usus est , ut femine peccatum persuaderet ?

R. Ser-

R. Serpens animantium omnium callidissimi assumpit ministerium .

Quid ei serpens suavit ?

R. Ut interdicto a Deo fructu vesceretur .

Quid boni ei pollicitus est , si comederet , efficeretque , ut idem & a marito fieret ?

R. Illud futurum promisit , ut scientes bonum , & malum Deo pares , ac simillimi efficerentur .

Habuitne femina fidem falsis his pollicitationibus ?

R. Habuit . Cum enim paullo attenius fructum illum esset intuita , suavitate coloris capta , carpit , gustavit , obulit viro , quia ne tristitia delicias afficeret suas , fidem Deo debitam fregit .

Admisso scelere quid fecerunt ?

R. Confuerunt sibi folia ficus , quo vena opera operarent .

Quorundam hoc ?

R. Cognoverunt scilicet , admisso statim criminis , se nudos esse , cum prius in felicissimo innocentia statu constitutis pura omnia essent , atque honesta .

Quo eos Deus affectit supplicio ?

R. Hevt futuros in filiorum partu dolores praenuntiavit , camque viri subjectam esse iustitie imperio . Adamum vero ut puniret , terra primum maledixit , quo factum est , ut ipsa ex se tribulos tantum , spumasque produceret , deinde vero laborum ei , ac sudoris necessitatem indixit , ut pane suo vesceretur , ac demum futuram post breve vite curriculum mortem prædixit ; qua in eam , unde exiit , terram reverteretur .

Adam , & Heva in terrestri ne Paradiso permanferunt ?

R. Ios illico Deus e Paradiso ejecit , &

B 2 Che.

Cherubin ante portam constituit, qui arborem vitæ custodiret.

Adam quot annos vixit?

R. Nongentos, & triginta vixit annos.

C A P U T . IV.

Cades Abel. Genes. cap. 4.

Anno Mundi 128.

Post Adæ lapsum quodnam crimen sacra refert historia?

R. Cædem Abel a Caino ejus fratre natu majore commissam.

Cur Cain tantum scelus admisit?

R. Quia videbat sacra ab Abel Deo oblatæ, ei esse accepta, sua vero non item.

Quanam arte istud flagitium perpetravit?

R. In agrum illum oblectationis causa deduxit, cumque nemo præfens adesset, qui sceleris testis esset, Cain violentias in Abel manus injectit, eumque interemit.

Post Abel cædem quid accidit?

R. Tot edita sunt sceleræ, ut omnis caro corrupta esse dicatur.

Nullumne a Deo tantis flagitiis suppli-
cium inflictum est?

R. Inflictum est, & quidem gravissimum; statuit enim Deus aquas immittere, quibus universa tellus opera est, & omne genus hominum prope extinxit.

Nemo ne sub hac tempora vir justus erat, qui divina indignationi obviam ire posset?

R. Aderat Noe, qui e familia Seth pro-
genitus sanctam vitam traducens illud obti-
nuit, ut ab aquarium crescentium inundatio-
ne incolumis servaretur.

at Novi Testamenti.

21

C A P U T . V.

*Arca N.e., Cataclysmus. Ingressus Noe,
& filiorum in Arcam.* Genes. 1, 6. 7. 8.

Anno Mundi 1356.

Quid præcepit Deus Noe, antequam cataclysmum immitteret?

R. Ut sibi arcam construeret, in quam irrumptibus aquis ipse cum tota familia ingredereetur, ceteraque animantia in ea ab interitu tueretur.

Quanta fuit Arca hujus magnitudo?

R. Longitudo illius cubitorum fuit ter-
centorum, latitudo quinquaginta, & altitu-
do triginta, centumque annorum spatio opus
est consummatum.

Cum tempus cataclysmi advenisset, quid
Deus Noe præcepit?

R. Ut arcam omni ciborum genere im-
pleret.

Huic divino Noe obsecutus imperio quid
fecit?

R. Ipse cum uxore, ac tribus filiis Sem,
Cham, & Japhet, atque eorum uxoribus ar-
cam ingressus est, quam Deus ipse deinde
de foris clausit.

Ingresso arcam Noe, quid accedit?

R. Quadraginta diebus, to tideisque no-
ctibus pluvie factæ sunt super terram, ho-
minesque universi cum animalibus omnibus
aquarum inundatione submersi sunt, quæ
quidem tanta fuit, ut quindecim cubito-
rum spatio aquæ montes omnes supergrede-
rentur.

Passe est arca ab aquis quidquam detri-
menti?

R. Nihil omnino; in gratiam enim Noe incolunis a Deo servata est.

Quandiu aquæ terram tenuerunt?

R. Centum, & quinquaginta dierum spacio.

Quomodo Deus aquas imminuit?

R. Venum vehementem immisit, quo aquæ statim sunt imminutæ, septemque post menses ab initio cataclysmi arca super Armenta montes constituit.

Quoram modo Noe imminutas aquas comprehendit?

R. Columbam emisit ex arca, qua rimum virentis olivæ ore deferens reversa est, per quem reconciliatum humano generi Deum, pacemque factam significavit.

C A P U T VI.

Egressus Noe ex Arca; Iris. Genes. c. 9.

Anno Mundi 1675.

Quid primum fecit Noe egressus ex Arcâ?

R. Liberatori Numini altare construxit, atque in eo sacra obtulit ex singulis animalium speciebus, qua in Arcam intulerauit, in gratiæ, piisque animi argumentum.

Accepta ne Deo sacra ista fuerunt?

R. Ita Deo accepta fuerunt, ut jurejurando interposito futurum spoponderit, ut numquam in posterum simili aquarum clade genus humanum afficeret, benedixerit præterea ob eandem rem Noe, ac filiis ejus, feceritque totius orbis terrarum dominos, quem proinde per universas dispartiti regiones incolerent, & numerosa prole complecent.

In pro-

In promissionis divinae pignus quodnam signum est institutum?

R. Iris posita est a Deo in hujuscœ fœderis signum.

Nonne arcus hic ante eam diem cernebat?

R. Erat arcus hic ante id tempus, sed tunc signum tantum erat naturale nubium rosidarum, post cataclysmum vero institutus est a Deo in signum supernaturale hujus fœderis de non futuro deinceps aquarum cataclysmo.

Noe, arca relitta, sacrificique Deo rite pœnititis, cui rei navavit operam?

R. Agrorum culturae, atque inter cetera primus omnium plantas dicitur vineam, & hausti inde vini viam ignorans in ebrietatem incidit.

Quid ex hac ebrietate mali est consecutum?

R. Somnus consuetus est, quo Noë obrutus denudatus apparuit ea corporis parte, quam prudens natura celari maxime voluit, qua quidem ex reansam iniquus filius Cham attripuit, ut Patrem irriteret, fratribusque ridendum proponeret.

Irriterunt ne & reliqui fratres Sem, & Japhet Patrem suum?

R. Tantum absuit, utquidquam de honore Patri debito propterea remitterent, ut potius operuerint verenda illius, ne paterna severitia vel ipso minueretur asperitu.

C A P U T V I L.

Maledicit Noe Cham filio. Genes. 9.
Tarris Babel construitur. Gen. 10.

Anno Mundi 1757.

NOE improbum Cham filii ingenium, & crimen quo animi sensu excepti?

R. Egerisse tilit filii iniuriam, ei propterea maledixit, premiavitque futurum, ut fratrum suorum servus efficeretur; contra vero duobus alitis filiis Sem, & Iaphet benedixit, spoponditque divino spiritu edocens diuturnam rerum omnium copiam, ubertatem, felicitatem.

Familia Noe deinceps succrevitne numerosa filiorum multitudine?

R. Tam multi in ea filii nati sunt, ut, cum vitam praे multitudine transfigere simul universi non possent diutius, novas adire sedes singuli statuerint.

Antequam dividenter abinvicem, quidquam ne digunt agressi sunt?

R. Opus aggressi sunt, quo insaniam suam, animique levitatem aperuerunt.

Quid eis in mente venit?

R. Statuere, priusquam in diversas regiones abirent, turrim construere, cuius culmen ad celum usque pertingeret.

Quo animo manum huius operi admovunt?

R. Ut immortalem de se memoriam posteritati reliquaerent.

Quanam ratione Deus illos ab hoc opere perficiendo avocavit?

R. Linguas edificantium ita confudit, ut, cum alter Falterum non intelligeret, alter al-

ter ministerium ad opus illud praestare non posset.

Confusis a Deo linguis, filii Noe quid fecerunt?

R. Opere nondum absoluto in diversas iuxta linguæ diversitatem regiones abierte; qua ex re Turris illa Babelis nomen accepit, quod confusione significat.

Multiplicem hanc linguarum varietatem quid est consecutum?

R. Impietas, multarum religionum permixtio, atque inde falorum Numinum cultus.

C A P U T V I I I.

Vicatio Abrabæ. Genes. cap. 12.

Anno Mundi 2083.

Quinam ex posteris Noe delefus est in Patrem eligendi a Deo populi?

R. Abraham, Filius Tare, qui in Ur Chaldaeorum natus eam colebat Urbem idolatriæ sedem.

Quid primum omnium. Abrabæ Deus imperavit?

R. Ut de terra, cognitione, ac domo Patris egressus iret in terram, quam Deus ipsi ostendisset, Aran nimirum urbem Mesopotamia.

Paruit ne Abraham divino imperio?

R. Paruit, mansaque usque ad obitum Patris in Mesopotamia.

Morito Tare, quid præcepit Dominus Abraham?

R. Ut in Chanaam pergeret, veri Numinis cultum in eam regionem revocatus.

Ecquid

R. Ecquid premii pro hoc opere egregio receperit?

R. Terram illam in præmium natus est, quam tamen non ipse possideret, sed posterius illius, quorum numeris stellas cœli, & arenam maris erat æquatus.

In Chanaan ut venit, quid aggressus est operis Abrahami?

R. Aram statim erexit, in qua nomen veri Dei invocaretur, eique sacra fierent, neque unica contentus ara, in Bethel cum peregrinat, & inibi aliam excitat.

In Bethel quid accidit Abraham?

R. Summam ibi passus est amissione caritatem, quanobrem cum uxore Sara, & universa familia in Ægyptum profectus est.

In Ægypto quid gessit memoria dignum?

R. Ut mortem effugeret, imperavit Saræ uxori sua, ut se sororem suam esse diceret.

At per hoc videtur Abraham imperasse Saræ, ut memiretur.

R. Non ita est, quoniam erat ejus soror Saræ more genitus illius, quæ nepotes sorores, nepotes fratres vocabat; sic Abraham vocat cap. 13. hujus libri Loth fratrem suum, cum tamen nepos esset.

Quid Saræ propter hoc accidit?

R. Ad Pharaonem regem formæ singularis commendatione deducta est: at hic Princeps, cum plagiis a Deo afficeretur, non ausus in ea aliiquid aggredii minus honestum, reddidit eam Abraham, cuncto graviter conquestus, quod uxoris honestatem magno periculo exposuisset.

Abraham ex Ægypto digressus quo sese recepit?

R. In Chanaan, ubi multis opibus a Deo cumulatus est.

C A P U T IX.

Loth ab Abraham digreditur,

Genes. cap. 13.

Abraham liberat Loth,

Genes. cap. 14.

Anno Mundi 2084.

Multa illæ facultates, quibus a Deo Abraham in terra Chanaan est cuminatus, cuiusnam rei in causa fuerunt?

R. Ut ab Abraham ejus nepos Loth sejungeretur, & in aliam abiret regionem.

Cur sejuncti ab invicem sunt?

R. Ut eas, quæ identidem inter utrinque pastores oboribantur, rixas; contentionesque tollerent.

Loth ab Abraham sejunctus quid est passus?

R. Ingens passus est infortunium. Ipse enim cum tota familia, & grege universo in Egitto venit Codorlahomor Regis Elamitarum.

In hac captivitate diutius ne fuit?

R. Minime; ea n. cognita, Abraham cum servis suis propere accurrens Nepotem vindicavit in libertatem; fuso, fugatoque Elamitarum Rege Codorlahomor.

Quale fuit tam illustris trophyum victoria?

R. Magnum illud quidem fuit, & extimum. Melchisedech. u. Rex Salem, & Dei altissimi Sacerdos, Abraham obviam faciebat, eidem benedixit.

Hanc victoriam quænam Abraham gesta consequuntur?

R. Abraham post victoriam a Deo filius pro-

promittitur , quem quidem maxime optabat , cum ad eam usque diem sine filiis fuisset .

Quot uxores habuit Abraham ?

R. Duas , quarum altera matris familiæ , & primariae uxoris nomine fuerat in matrimonium pridem ascita , altera vero secundariae uxoris , seu concubinae (secundum eorum temporum phrasim) nomine conjugali cum eo postea federe est copulata .

At multiplicitas haec uxorum , cum naturali legi adversetur , videtur & Abraham fuisse illicita .

R. Multiplicitas plurium eodem tempore uxorum adversatur quidem legi naturæ , quod ad finem attingit naturæ secundarium , non autem primarium , adeoque in ea lege potuit ab ipsis tunc legis , tunc naturæ conditore dispensari justam ob causam , quæ a mundi ortu usque ad Christi Domini nativitatem interveniebat .

Quenam fuit causa haec ?

R. Cultus Dei , qui usque ad Christum natum per carnalem generationem propagabatur , non per spiritualem , nempe prædicationem ; unicum . n. elegit populum Deus pro illo tempore , a quo statis legibus , ac ceremoniis coleretur . Veniente autem Christo , advenit tempus plenitudinis gratiæ , per quam non carnali , sed spirituali generatione cultus Dei per omnes gentes diffusus est , & ideo sub Christi ortum desit ratio istius dispensationis .

At quomodo haec uxorum multiplicitas secundario , non autem primario naturæ fini adversatur ?

R. Prolis generatio , atque educatio est primarius finis a natura in matrimonio intentus , ut finis autem secundarius ejusdem matri-

matrimonii est societas inter utrumque coniugem domesticæ , qua uxor constituitur mariti socia in rebus , ac facultatibus familiæ . Multiplicitas porro uxorum primum matrimonii finem non tollit , quod ad generationem attinet , sed magis promovet : quod ad educationem vero spectat , etiam si non promoveat , non tollit tamen , tollit solumento eam societatem domesticam , quoniam uxor secundaria non materfamilias constituitur , sed partim uxor est , partim serva .

Quare uxores haec secundariae concubinae dicebantur ?

R. Propter assignataj jam causam . Quoniam enim conjugebantur viris in indissolubilem matrimonij conjunctionem ad procreationem prolixi , uxores erant ; quosnam vero deerat iis domestica cum viro societas , cum familiæ bona non administrarent , ut domina , sed curarent , ut servæ , concubinarum nomine appellabantur .

Cur Abraham duxit uxorem secundariam nomine Agar ?

R. Studente , imp & rogante Sara , quæ incredibili ex eo affecta dolore , quod Abramum carere filiis cerneret , sterilitatis sua probrum tolli quodammodo judicabat , si servæ suæ secunditas filios marito dedisset .

Hujusce consilii penituitne deinde Sarah ?

R. Poenituit , & quidem insigniter . Agar enim serva , cum amari se a Domino videaret , quod Ismaelem ipsi filium peperisset , sua conditionis oblita , Saræ sterilitatem conviciis identidem subsannabat , eamque non ut Dominam amplius reverebatur .

Non est omnino illud , quod tu in scripto vides .

C A

C A P U T . X.

Fuga Agar, Genes. cap. 16. *Sara concipit Isaac*, Genes. cap. 18.

Anno Mundi 2084.

Quo animo tulit Sara iusta in se ab Agar serva convicia? **R.** Agerrimo tulit animo, ac propterea cum Abraham graviter questa, dolorem ei exposuit suum, quem cum iusta de causa videret Abraham esse conceptum, illud uxori permisit, ut auctoritate Domini in servam intereret pro arbitrio, illamque, quibus placaret, modis, levibus, asperis, in officio contineret.

Quid actum de Agar?

R. Adeo cum ea actum est aspere, ac dure a Sara, ut coacta fuerit, spe omni profus abjecta, Abrahæ domo egredi, & alias adire terras, divinæ se providentie committere, omni humano destituta præsidio.

Quo se Agar Abrahæ domo digressa recepit?

R. In desertum locum, ubi, cum propè fontem fessa federet, Angelus ei Domini apparuit, rogavitque eam, unde veniret, & quo pergeret inops consili.

Quid Angelo respondit Agar?

R. Fugere se a Sara Domina nuper sua, cuius asperum imperium, iramque immodicum ferre omnino non posset; quo dicto, eam Angelus bene sperare jussit, modo nulla interposita mora Saræ domum rediret, seque, ut par erat, illi submitteret, quod illa præstitit illico Angeli verbis obsecuta.

At

ac Novi Testamenti.

31

At quid interim Sara? Nullum ne unquam ex Abraham filium suscepit?

R. Suscepit post multa vota, ac preces filium, cui Isaaci nomen imposuit, futurum omnium Abrahæ facultatum hæredem.

Quid actum de filio Isaac recens nato?

R. Accepto ab Abraham divino præcepto de tota familiâ circumcidenda, circumcisus exteris omnibus, & Isaac est circumcisus.

Cur hoc circumcisionis præceptum Abraham impositum est?

R. Ut Abrahæ genus electum, ex quo futurus erat post multa saecula humani generis Reparator, ab aliis gentibus seceretur, & hac quasi nota cognosceretur.

C A P U T . XI.

Sodomorum delicta, & *Sodome incendium*. Genes. cap. 12. *Abimelech pœna affidus*. Genes. cap. 20. *Ismael domo pulsus*. Genes. cap. 21.

Anno Mundi 2107.

Quid post hæc Abrahæ revelatum?

R. Eo usque devenisse Sodomitarum sceleræ, ut ea Deus ferre amplius non posset, proptereaque incendium imminere, quo omnis Sodomitatum regio, urbesque potissimum, que in eo tractu quinque erant, omnino delerentur.

In Sodomiteo incendio omnesne earum urbium incola igne consumpti sunt?

R. In tanta hominum multitudine duxat Loth Abrahæ nepos, uxor illius, ac duæ filiæ eás flamas evasere.

Quoniam modo tantæ calamitati subtrasus est Loth?

R. Dei

R. Dei monitu per Angelos, qui speciem humanam assumperant, ad eum perlato, quo intellexit imminentem calamitatem.

Punitus ergo Sodomam Deus.

R. Et sane tam gravi suppicio eam afficit, immiso calitus igne, ut ea solo aquata, & in cineres omnino redacta, divinæ posteri ultioris severitatem declaret.

Quoniam pasto civitates illæ incendio contumptæ sunt?

R. Ignea, ac sulphurea pluvia tam insens iis incubuit urbibus, ut deflagrarent omnino Sodoma, Gomorrah, Adama, & Seboim. Segor autem, quæ quinta erat urbs, ceterarum minima, in Loth gratiam incendio erepta est, eique dono data, ut haberet urbem, ubi patria præfugus sua sedem figere posset.

In hanc urbem Segor receperunt ne sese, quotquot ex familia Loth Sodomico fuerant incendio subtraqui?

R. Non omnes; Uxor enim Loth, plus, quam deceret, contra divinum præceptum, curiose respiciens, dum fugeret, quæ Sodomeæ agerentur, in statuam salis convertita, feminæ levitatis penas dedit.

Sub hoc tempore quid accidit Abraha?

R. Cum Geraram sub id tempus pervenisset, ubi quietem, ac tranquillitatem sibi pollicebatur, novum ei accidit infortunium. Rex enim regionis illius, Abimelec nomine, Saram, quæ se, sicut altera vice, Abrahæ sororem dicebat, ad se deduci jussit, ut ea abuteretur.

Abususne illa est?

R. Non est abusus, quoniam abmonitus in somnis a Domino, ne eam tangeret, morte afficiendus, si delinquisset, neque Saram illico Abr. hæ viro suo intactam redderet,

ret, a suscepito nefario consilio avocatus est, & in media noctis silentio consurgens, ministris præcepit suis, ut Abrahamum ad se vocaret, quocum graviter quæsus est, quod sibi imposuerat, cum tanto tum uxoris, tum suo ipsius discrimine.

Quid his querelis respondit Abraham?

R. Respondit se gravi mortis metu adamatum id fecisse; hoc unum scilicet in causa suisse, ut uxorem togaret, ut, tacito uxoris nomine, sororum tantum proderet; quod, ut diximus supra, falsum non erat.

Quid deinde Abraham?

R. Cum inde discedereret, pro Abimelec Deum enixe precatus est. Audita est oratio, & Rex pristinæ restitutus est incolumenti, sublati, quibus affectus fuerat, plagiis gravissimis.

Quomodo se gescit Abraham cum Ismaele?

R. Domo cum sua abire jussit, & alibi sibi querere sedes, ubi vivet.

Cur Abraham domo pulsus est?

R. Displicebat Saræ Iudus, quem Iudensem viderat Ismaele cum Isaac filio suo; vel quod Iudus ille ad idolatriam vergeret, vel quod is Iudus malitiam simplici Isaac sensim instillaret, vel quod seminum esset discordiarum; quare rogavit Abraham Saræ, ut Agar servam, & Ismaelem filium ejus domo ejiceret sua.

Agar domo Abraham iterum pulsa quo se reciperit?

R. In vastam solitudinem, quæ Bersabeæ desertum dicitur; at ibi illi magnam statim incidit calamitatem, aquæ scilicet penuriam ingeuentem passa est. Quare, desperatis jam rebus omnibus, filio sub arboris umbra relitto, longe abiit, ne eum siti prope necetum videret morientem.

Mortuusne est siti?

R. Non ita; cum enim lactymaretur Agar, apparuit ei Angelus Domini, qui putrum ostendit, eamque bono animo esse jussit, præcipiens illud etiam, ut Iسمielem ne desereret, futurum magnæ posteritatis parentem.

C A P U T XII.

Sacrificium Abrahae, Genes. cap. 22. Mors Sara. cap. 23. Connubium Isaac, Genes. cap. 29.

Anno Mundi 2145.

Quid post huc Abrahæ imperatum?
R. Ut unicum filium, quem etiam unice diligebat, ex Sara uxore suscepimus, Deo in holocaustum offerret.

Patuitne Abraham huic divino mandato?
R. Adeo alaci animo divinum mandatum excepit, ut, perinde ac si vitulum, aut arietem, non filium immolare jussus esset, nulla interposita mora in montem perrexerit ad sacrificium offerendum.

Perfecitne cæde filii sacrificium?

R. Nequaquam; Angelus enim Domini tenuit immolantis dexteram, ne gladio jam districto filium mactaret, substituto ex divino imperio in Isaac filium ariete, quo facto Abraham donum redit.

Moriam paulo post Saram planxitne Abraham maritus?

R. Uxor mortem pie deflevit Abraham; ubi vero remisit aliquid de sua gravitate dolor, de illius cœpit cogitare sepulchro.

Quid hac in re venit illi in mentem?

R. Ad populum Ethi venit, a quo magnis exce-

exceptus honoribus, illud enixe periit, ut pro fe apud Ephronem principem civitatis virum intercederet; suaque interposita auctoritate efficeret, ut agrum quendam, quem tenebat, in quo duplex spelunca erat, sibi venderet Sarah ubi uxorem tumulaturo.

Afflensitne Ephron huic venditioni?

R. Qua erat ad liberalitatem propensus natura, noluit Ephron vendere agrum Abraham, sed dono dare maluit; quod cum Abraham recusaret, asserteretque constans nihil se gratis accepturum, tandem eo adegit Ephronem, ut profiteretur ingenui, agri, de quo agebarat, quadringentos sicos argenteos præmium esse.

Quid ad hæc Abraham?

R. Quamvis Ephron in suscepto confilio donandi agri persistaret, Abraham nihilo minus coram filiis Eth. justam pro agro pecuniam appendit; emptus ager locum Saræ tumulo dedit.

Post sepultam uxorem quid fecit Abraham?

R. De generis propagatione solicitus Isaac filio annos nato quadraginta in uxorem dedit Rebeccam filiam Batuelis filia Nacor Patrui Abrahæ, ut ex ea Isaac filios susciperet futuros honorum omnium hæredes.

Suscepimus Isaac filios ex Rebecca?

R. Noyem annorum spatio sterilis fuit Rebecca, quibus elapsis Esau tandem, ac Jacob uno pætu in luceni geminos dedit, magnum Patri Isaac, avoque Abrahamo jam in ultima senectute constituto solatium.

Vixitne diu Abraham post ortos Jacob, & Esau?

R. Quindecim annis post eos natos inter Isaac filii manus occupuit, & feliciter obormiylt in Domino.

Quo anno Isaaci Patris nati sunt ei duo filii Jacob, & Esau?

B. Anno ætatis illius sexagesimo.

C A P U T X I I I .

*Esau, & Jacob, Genes. cap. 28. Isaac ha-
nedixit filio Jacob, Genes. 27.
Scala Jacob, Genes. 28.*

Anno Mundi 2148.

Florum Isaac Jacob, & Esau uter erat primogenitus?

B. Esau.

Conveniebatne ad invicem motum similitudine, eorundemque studiorum conjugione?

B. Propterea erant inter se dissimiles. Esau tuis erat, asper, agrestis, Jacob placidus, mitis, ad virtutes natura propensius omnes; ille agris colendis, hic pascendis ovibus intentus.

Dicitur in sacro Textu Esau primogenita sua Jacobo fratri vendidisse, quod hoc rei est?

B. Esau scilicet, cum primo natus esset, primogenitura munere id fortius erat, ut duas assequi deberet patrie hereditatis partes, simulque tenere in ceteros minores natu fratres quasi patriam auctoritatem, insuper fæderationem; quæ omnia, atque alia privilegia multissime pro uno lentiœ edulio vendidit fratri.

Quid hanc primogenituræ venditionem est consecutum?

B. Jacob primogeniti locum jure emptiōnis adeptus a patre in ultima senectute constituto benedictionem accepit, quo tempore Esau venationi vacabat.

Id cum intellexit Esau, quo animo accedit?

B. Id tult agerrime, & fratri iratus acriter, statuit a defuncto statim Patre fraternam cædem moliri.

Quid amborum mater Rebecca confilii suscepit, ut tam nefario Esau consilio iret obviam, & Jacob filium a miseranda cede liberaret?

B. Effecit, ut, annuente Patre Isaac, ut Mesopotamiam pergeret Jacob ad domum Laban Avunculi sui, & ex ejus familia uxorem sibi deligeret.

In hoc itinere quid accidit Jacob peculiare?

B. Cum appropinquaret Haram, ubi Avunculus Laban habitabat, & de via fessus quiesceret, arctior eum somnus amplexus est & secuta somnum extasis, qua extra se raptus scalam vidit stantem super terram, cuius culmen celum pertingebat, Angelosque per eam ascendentes, & descendentes, & Dominum summitati illius innixum, cuius & voces per somnum exceptit.

Quis sermo Domini in hoc somnio cum Jacob?

B. Hic fuit: Ego sum Deus Abraham avi tui, & Isaac patris tui: terram, in qua dormis, dabo tibi, ac feminis tuo; etique semen tuum, quasi pulvis terræ, qui præ multititudine numerari non potest.

Experitus de somno Jacob quid fecit?

B. Ad Laban avunculum perrexit, ut parentum mandata exequeretur.

In domo avunculi quodnam fuit Jacob officium?

B. Servituti illius se per septem annos adduxit, ut pro mercede in uxorem sibi avunculi filia daretur.

CAPUT XIV.

Rachel, & Lia, Genes. cap. 29. Reditus Jacob, Genes. 31. Reconciliatio Jacob, & Esau, Genes. 33.

Anno Mundi 2251.

Feliciterne Jacobo cessit facta cum Labano
socero de matrimonio conventio?

¶ Non bene cessit proper soceri improbitatem, qui in promissa Rachelis locuni alteram filiani nomine Liam elam noctu substituit, lippam oculis, & deformem.

Ubi fraudem sensit Jacob, quid fecit?

¶ Cum Labano socero graviter questus est, qui, ut generi leniret animum, & Rachelem in uxorem ipsi despondit, ea tamen conditione servata, ut aliorum septem annorum spatium famulatum sibi praestaret.

Ex Lia quot filios Jacob suscepit?

¶ Sex, nimirum Ruben, Simeon, Levi, Judam, Issachar, Zabulon, ac praeter hos & filiam nomine Dinam.

Ex Rachele vero quot habuit filios?

¶ Unicum, nempe Joseph.

Anno Mundi 2265.

Diunde in socii domo curi filii suis, universaque familia Jacob est commoratus?

¶ Viginti annorum spatio apud sociorum moratus est, quibus elapsis in Chanaan rediit, cum centesimum, & quadragesimum prope annum attingeret.

In eo reditu quidquamne ei accidit pecuniae?

¶ Hoc ei accidit pecuniarum dignum ani-

madversione. Per totam noctem cum Angelo luctatus est, a quo demum benedictionem extorxit; ex qua lucta cum Angelo Dei vices gerente facta Israel est appellatus, idest dominans, seu prævalens Deo, ex quo nomine ad posteritatem translato, Israelitarum nomen effluxit.

Cognovitne Jacobi reditum Esau?

¶ Cognovit, eique venit obviam, ut eum interimeret; at Jacob blanditiis, amore, humanitate, modestia adeo ejus animum appetum alioqui, ac durum fregit, ut eum complexus Esau, omnem injuriam, fraudemque (ut censebat) condonarit.

Post reditum Jacob, quid ei memoria dignum contigit?

¶ Reverus de Mesopotamia venit Jacob in Salem urbem Sichimitarum, quæ est in terra Chanaan, ubi cum moraretur, egrediam filiam ejus Dinam, ut videret mulieres regionis illius, conspicatus Sichem principis terre illius, & ejus amore conceptus vi raptam constupravit.

Magnane inde doloris seges Jacobo?

¶ Boni sensi animum non minus, quam filiorum, tenuit dolor ingens ex probro familiæ illato, conceptus; quem tamen ut dissimilarent, filii Jacob Pater præcepit.

Quid factum a Sichem, ut odium hoc a se averteret?

¶ Venit cum Hemor Patre suo, ut Dinam in uxorem peteret, simulque illud suaderet Hebreis, futurum e re utriusque gentis, si connubiis invicem jungerentur.

Quid responderunt filii Jacob?

¶ Hoc fieri sibi non licere, quod populus Sichem incircumcisus esset; circumcidenter ergo se Sichimite, quo factio connubia hæc non respuerent Israelitez.

Hemor, & Sichem accepere ne conditio-
nem?

R. Populum adiere suum, & concione ha-
bita persuaserunt, ut circumcidenserunt uni-
versi. Tertia die, cum solet circumcisionis
dolor esse gravissimus, Simeon & Levi ur-
bem gladiis districtis ingressi, inscio Jacob
Patre, omnes Sichimitas nullo vel ætatis,
vel dignitatis habito discrimine contra jus,
fasque trucidarunt; quæ res ad Jacob Patrem
delata, boni sensus animum anxit mirum in
modum, tum quod odissit scelus filiorum,
cum quod sibi a populis finitimi timeret.

Hanc curam aliena consecuta est?

R. Consecuta est alia, eaque gravissima;
odium nempe filiorum, quo redebant in Joseph
ex Rebecca conceptum, quem upote
& ex ea natum, filium fene&utis fuæ, at-
que insuper ceterorum omnium optimum
unice diligebat.

Hoc fratum in fratrem odium quam illis
mentem injectis?

R. Cum eum aliquando in agro vidissent,
de illius cæde cogitare cooperunt.

Conceptum animo facinus ad rem ne de-
duxerunt?

R. Restitit eorum consilio Ruben, qui fra-
tribus persuasit, ut in cisternam veterem
conicerent, ac vivum in eo loco sepeli-
rent.

*

C A P U T X V.

Joseph venundatus a fratribus, Genes. cap. 37a

*Joseph castimonia, Genes. 38. Ejus-
dem exaltatio, Genes. 41.*

Anno Mundi 2276.

Mortuus estne Joseph in eo putoe, in
quem fuerat conjectus a fratribus?

R. Non est ibi mortuus Joseph, quoniam
Deo ita disponente mercatores quidam Ismae-
litæ, qui in Ægyptum ibant, illac pertran-
sierunt. Tunc Judas, arrepta occasione, ut
e manibus fratum Joseph vivum eriperet,
iis persuasit, ut eum mercatoribus Ismaeli-
tis venundarent. Assensore consilio Judæ fra-
tres reliqui, de venditione cum mercatori-
bus ætum est, ac viginti argenteis emptus
est Joseph, cum decimum sextum ageret æta-
tis annum.

Vendito Joseph, quid cogitarunt, quod
Jacob enunciarent, ut facinus tam atrox opti-
mum Patrem lateret?

R. Joseph vestimenta hædi sanguine tincta
misserunt ad Patrem, ut filium crederet a
fera aliqua devoratum, quæ conspicatus, &
contemplatus Jacob, vester discidit suæ, &
filii cæde commotus graviter, in squalore,
lacrymisque diu jacuit.

Quid actum post hæc de Joseph?

R. Eum mercatores illi Ismaelitæ Puti-
phari Magistro militum Pharaonis Ægypti
regis vendiderunt.

In Putipharis domo quid accidit Joseph
dignum memoria?

R. In carcерem conjectus est, quod uxoris
Putipharis diceretur expetiisse concubitum.

Fuit-

Fuitne vera hæc delatio?

B. Fuit iniquissima; tantum enim absuit, ut quidquam contra eam minus honestum molitur, ut ab hera sua etiam ad turpia provocatus, eam constantissime repuleret prius, deinde etiam relatio pallio diffusit, ne vel invitus quidquam peccaret.

Anno Mundi 2286.

Quoto tempore carceris vinculis obstritus est?

B. Multorum annorum spatio, multasque ibi aumnas, & contumelias est passus.

Quid eum libertati restituit?

B. Somnium, quod viderat per somnum pharao, quodque eum anxium admodum, sollicitumque tenebat, annus autem atatis Joseph tum trigesimus volvebatur.

Anno Mundi 2289.

Cujusmodi fuit hoc somnium?

B. Vidi Pharaon per somnium septem boves pinguis, quas septem aliz feede, confectaque macte voraverunt, septemque tritici spicas plenas, quas totidem aliz admodum tenues, atque uredine percutitæ devoravunt.

Quid consilii cepit Pharaon, ut tam gravi molestia, quam somnium istud injecerat, eximeretur?

B. Cum intellexisset Pharaon Joseph, qui in carcere servaretur, Propheticò afflatum spiritu futura prænuntiare, jussit cum e carcere extractum ad se deduci; venientemcepit humaniter, eique somnium exposuit:

Quænam fuit data somnio huic a Joseph interpretatio?

B. Per

B. Per septem boves crassas, ac pulcas, & spicas insuper pleras septem dixit intelligendos ubertatis annos, per septem vero boves macras, ac tenues, totidemque spicas exiles septem annos summae caritatis, que per Ægyptum universam erat graftatura.

Quid hac in re dedit insuper Joseph Pharaoni consilii?

B. Hoc Joseph consilium fuit, ut iis annis, quibus maxima futura erat frugum ubertas, quamplurimum posset, frugum copiam congregaret, & in septem caritatis futuræ annos asservaret.

Advenitne, quam prænunciaverat Joseph, annona caritas?

B. Et prænuntiato tempore advenit; post septem nimis annos maxima non Ægyptum dumtaxat, sed orbem tetrarum universum famæ invasit.

C A P U T XVI.

*Fratres Joseph in Ægyptum pergunt,
Genes. cap. 42. Joseph a fratribus
cognoscitur. Genes. cap. 45.*

Anno Mundi 2296.

Cum caritas hæc anno Ægyptum, & orbem universum occupavit, occupavit ne & ipsam terram Chanaan, & eam præcipue partem, quam Jacob cum filiis incolebat?

B. Et terram Chanaan, & eam partem, quam Jacob incolebat, invalit; ac propterea Joseph fratres in Ægyptum venere, ut frumenta emerent; cum Joseph fratre hac de re egerunt; cognovit fratres suos Joseph, illi vero cum esse fratrem suum non senserunt.

Io-

44 *Historia Veteris,*
Joseph prodiditue sese statim fragibus
fuis?

R. Exploratores eos vocavit, ut se non
nossent.

Dederuntne operam illi, ut hanc ex ejus
animo opinionem evellerent?

R. Jurejurando affirmatunt, se e Chanaan
venisse, duodecim fratres esse, qui domi in
foliatum Patris parvulum Beniamin reliqui-
sent.

Auditio Beniamin nomine, quid fecit Jo-
seph?

R. Praecipit, ut minimum natu fratrem
ad se ducerent, nihil alias impetraturi.

Adduxeruntne Beniamin Fratres in Ægy-
ptum?

R. Ægre quidem, renuente Patre, addu-
xerunt tamen.

Quo id modo a Patre obtinuerunt?

R. Obstrinxit seipsum Judas Patri, ac ju-
rejurando interposito recepit, se Beniamin
domum incolumen reducturum.

Magnamine lætitiam Joseph percepit, ubi
Beniamin vidi?

R. Tanto perfusus est gaudio, ut dissimu-
lare, quis esset, diutius non potuerit.

Quid ergo, postquam se illis prodidit,
dixit eis?

R. Ut ad communem & suum, & illorum
Patrem Jacob redirent, cumque cum tota fa-
milia ad se in Ægyptum deducerent.

ac Novi Testamenti. 45

C A P U T XVII.

Tacob in Ægyptum proficiscitur.
Genes. 46. 47. 48. 49.

Anno Mundi 2298.

Jacob igitur estne Ægyptum versus profe-
ctus, cum tam proiecte esset ætatis?

R. Desiderium videndi filium, quem mu-
to tempore demortuum esse crediderat, ad
ter illud suscipiendum ingentes ei animos
fecit.

Quandiu ibi vixit?

R. Decem, & septem annis, quibus elas-
pis, cum morti proximum se esse sentire,
vocatis ad se filii benedixit, eisque præcep-
pit, ut corpus suum in majorum sepulcrum
transferrent.

Quorsum hoc illis præcepit?

R. Ne eos terra Chanaan caperet oblivio,
quam Deus sibi, ac nepotibus suis in hæ-
reditate multo ante spondolerat.

Diuite Joseph post mortem Patris in Ægy-
pto moratus est?

R. Ad mortem usque, que anno ætatis
ejus centesimo, ac trigesimo primo con-
ciliit.

Finis Libri Primi;

HISTORIÆ SACRAE

CAPUT I.

Rex *Egyptius Hebrais infensus*; *Obstetrices Egyptia*; *Moyses extractus ex aquis*,
Exod. cap. 1. & 2.

IN *Egypto* quid accidit post mortem Joseph?

R. Rerum ad *Hebraeos* pertinentium facies in *Egypto* multum est immutata.

Undenam hæc mutatio fluxit?

R. Rex nimis novus surrexit in *Egypto*, *Pharao* nomine (sicuti & ceteri Reges *Egyptii*) *Hebrais* admodum infensus.

Quibus rebus est usus, ut eos deleret?

R. Addixit eos operibus lutis, ac lateris durissimis.

Hujusmodi consilium successione *Pharaoni* sententia?

R. Minime vero, auxit potius res hæc *Hebrae* gentis multitudinem.

Anno Mundi 2315.

Quid ergo, ut eos deleret omnino, consilii cepit *Pharao*?

R. Praecepit obstetricibus *Egyptiis*, ut, cum ad partum *Hebraicarum* foeminarum venissent, acceptos de earum sinibus mares omnes suffocarent.

Paruerene iniquissimo edicto obstetricas *Egyptiae*:

R. Di-

ac Novi Testamenti.

47

R. Divinam ultionem reverite, si contra naturæ, Deique legem infantes occiderent, mares omnes vivos servauunt, quotquot recentis natos vivos excepterant.

Cum & hoc consilium *Pharaoni* male celsisset, quæ nova cum sublit cogitatio, ut impium propositum executioni mandaret?

R. Praecepit universis *Egyptiis*, ut mares omnes ex *Israëlis* progeniti, statim atque in luncem editi essent, Nili fluminis aquis mergerentur.

Perierene omnes, quotquot Nilus infantes excepterant?

R. Periere, ut facile est eredere, reliqui omnes, uno excepto *Moysen*, quem ex communis clade ereptum sacra narrat historia.

Quo miraculo conservatus est in vivis *Moy-ses*?

R. Positus in fiscella ex iucacis, quasi viminiis, contexta, & exterius ad aquam arcendam pice, ac bitumine oblita, conspicuus est a filia *Pharaonis*, quæ, cum ad lavandum in flumine descendisset, misit ex ancillis quandam, quæ fiscellam ad se ferret; aperta, infantis miserata *Pharaonis* filia tradidit eum nutriendum sorori ipsius, quæ delitebat prope fluminis ripam, ut rei extitum videret.

Cum crevisset *Moyses*, quid de illo actum?

R. Adultum *Moysen*, quæ nutriendum eum suscepserat, ad filiam detulit *Pharaonis*, quem illa adoptavit in locum filii, vocavique eum *Moysen*, idest, ex aquis ex traquam.

Multorumne annorum spatio in aula *Pharaonis* motatus est *Moyses*?

R. Quadraginta annos cum attigisset, ex aula secessit.

Ex aula Regis profectus quoniam perrexit?

R. Ad

R. Ad homines venit gentis suæ, atque
Iram Pharaonis veritus, a quo quarebatur
ad necem, in deserto Madianitidis regio-
nis locum secessit.

In hac Madianitica solitudine quibus re-
bus dedit operam?

R. Duxit in uxorem filiam Jethro Sacer-
dotis, nomine Sephoram, ex qua duos su-
cepit filios, Gersom, & Eliezer.

C A P U T II.

*Rubus ardens, Exod. 3. Moyses coram
Pharaone, Exod. 5.*

Anno Mundi 2473.

Quid post hæc in ea eremo contigit Moyse
memoria dignum?

R. Cum duceret greges saceri per deser-
tum ad montis Horeb radices, vidit Ru-
bum, ardentem quidem, sed incombustum,
ad quem cum vellet accedere, vocem Do-
mini adivit præcipientis, ne prius accede-
ret, quam calceamenta deponeret.

Cui hoc ei Dominus præcepit?

R. Quod, ut subtexuit Dominus ipse,
terra, in qua esset, locus sanctus erat.

Quid insuper audivit ex Rubo?

R. Vocem audivit Dei, qua ei significa-
batur futurum, ut ipse secum & reliquum
populum de Ægyptiaca servitute in liberta-
tem vindicaret, si ad Pharaonem veniret,
& ab eo divino nomine id peteret.

Quid Moyse respondit?

R. Respondit, se impeditoris lingue es-
se, ac proinde ineptum ad hujus legationis
munus explendum.

Quo signo Deus Moysi significavit, futu-
rum

ac Novi Testamenti.

49

rum illum huic muneri implendo parem,
& omnia successura e sententia?

R. Virgam, quam manu tenebat Moyse,
præcepit Deus, ut in terram projiceret, que
statim in colubrum versa est, atque e colu-
bri specie in pristinam est restituta virga si-
guram: manum insuper ejus lepra extemplo
percussit, atque illico pristinæ reddidit sa-
luti.

Ad quem missus est Moyse?

R. Ad Pharaonem.

Solusne ad haunc Regem missus est Moy-
ses?

R. Datus est ei a Deo socius, atque inter-
pres Aaron frater illius.

Quid Moyse, & Aaron Pharaoni dixer-
unt?

R. Significarunt ei nomine Dei Abraham,
Isaac, & Jacob, ut liberum Hebraicum popu-
lum abire sineret, ut, in desertam soli-
tudinem cum venisset, Deo suo facta faceret?

Quid illi Pharaon responderit?

R. Durum dedit illis responsum; se sci-
licet Deum Hebreorum non nosse, neque
velle se Hebreis libertatem restituere. Qua-
re hæc Moysis legatio nihil aliud effect,
quam ut Israel novo servituis genere, ad-
ditis laboribus, augeretur.

C A P U T III.

*Egypti Plaga. Exod. 7. 8. Agnus Pascha-
lis. Exod. 12. Nare Rubrum. Exod. 14.*

Anno Mundi 2473.

Qua artusus est Moyse, ut Regem Pha-
raonem induceret ad Israelitas liberos
dimittendos?

D

R. Iustu

R. Iussu Dei retendit virginem suam, eaque aquas Nili in sanguine convertit; sed, cum hoc nibil obfirmatum, obduratumque regis animum moveret, alias Deus plagas immisit.

Secunda plaga quænam fuit?

R. Ranae immisie sunt, quæ totam Aegyptum implerunt.

Quid post hæc a Deo supplicii immisum Aegypto?

R. Tertio scinipes in universa Aegypto producuntur, quarto morsæ, quinto pestis, sexto ulcera, & vesice turgentæ, septimo grande, tonitrua, & fulgura discurrentia super terram, octavo locustæ, nono tenebrae, & caligo tanta, ut palpari potuisse dicatur.

Hæc plaga potueruntne flectere durum animum Pharaonis?

R. His plagiis multo adhuc magis ad iracundiam est provocatus.

Cum his plagiis nihil proficeret Moyses, quid novi meditatus est?

R. Hoc a Deo mandatum accepit, ut, antequam decima plaga afficeretur Aegyptus, Hebreus quisque agnum immolaret, quem paragi anteä jussierat, cum nondum tenebrum plaga advenisset.

Quid præterea Deus hac in re Moysi præcepit?

R. Præscripsit rationem agni hujus comedendi, ut scilicet starent, manibus baculoz reverenter, & id facerent festinanter, ut per singulas familias id fieret, & cujusque domus ostia ejus immolati sanguine aspergerentur.

Cur id factum?

R. Ut Angelus, qui in singulis Aegyptiorum domibus occisurus erat per noctem Aegyptiorum,

pterum primogenitos, eas domos intactas relinquenter, quorum ostia agui cruce vi distinet asperga.

Paruerene Israëlitæ universis his, qua Gobi Deus hac in re per Moysem mandaverat?

R. Paruere adamassim. Cum itaque dies decima quarta mensis illius advenisset, congregati sunt omnes per familias suas, ut agnum immolarent.

Ea decima quarta diei nocte quid accidit Dignum memoratu?

R. Cum nox in suo cursu medium iter peregrisset, occidit Angelus primogenitos omnes Aegyptios a primogenito Pharaonis usque ad primogenitum ancillæ laborantis in mola, ne jumentorum quidem primogenitis invictis.

Hac tam multa plagarum multitudo adgitare tandem Pharaonem, ut populum Israëliticum dimitteret?

R. Pharaos, qui ad id usque temporis divina mandata neglexerat, tum demum obsecrare coepit Israëlitas, ut abirent.

Quot annos hæc Israëlitici populi captivitas perduravit?

R. Annos ducentos quindecim.

Quot numero fuerunt Israëliæ hac tempestate ex Aegypto dimissi?

R. Sexenta fere millia virorum peditum absque parvulis, mulieribus, ac decrepitis senibus.

Post exitum Israël de Aegypto, quid vevit in mentem Pharaoni?

R. Cum intellexisset abduxisse Israëlitas multa Aegyptiorum vasa aurea, atque argentea (que commodaverant iis Aegyptii, quæque Deus Opt. Max. omnium Dominus ablata Aegyptiis Hebreis donaverat expresse per Moysem) ea percitus eos insequi statuit,

ut: eam ulcisceretur injuriam, sed consilio ejus felicitas desuit.

Quis obstitit hunc Pharaonis consilio?

¶. Moyses, cum ad mare Rubrum populus pervenisset, virgam illam, qua tot patraverat antea prodigia, super maris aquas, extendens, divisiit aquas, quæ, sicco mari alveo relicto, murum quasi a dextera, & Iæva effecerunt, ut Israel sicco vestigio transiret.

Cum sicco vestigio idem mare Rubrum Pharaon ipse pertransire non posuit?

¶. Ingressus est quidem & Pharaon cum curribus, atque exercitu suo, sed extende nte Moyse manum reduxit Dominus super Aegyptios aquas maris, & in mediis fluctibus involuti omnes perierunt.

Fuit ne hoc ultimum divini erga Israeliticum populum amoris argumentum?

¶. Fuit illud quidem maximum, non tamen postremum; eis enim post maris transitum in columna nubis viam stemebat per diem, & in columna ignis per noctem, ac a resto tramite aberrarent.

C A P U T . IV.

Manna, Exod. cap. 16. Aqua ex saxe extracta; Amalecite pene ad integrum deleti, Exod. cap. 17.

Anno Mundi 2513.

Quoniam cibo in vasta illa solitudine Is raelitæ vescebantur?

¶. Vescebantur cibo, qui singulis diebus cadebat e Cælo, quem, quod neficerent, quid esset, manna (manu enim Hebraice significat, quid hoc?) appellabant. Erat autem manna

manna simile roti, & crystallinæ gutte in coriandri semiis formam congregatae.

Quo diei tempore cibus hic descendebat in terram?

¶. Primo mane descendebat, colligebatur que ante Solis ortum; nam Sole calente liquefiebat, & evanesceret.

Licebatne ex manna quidquam ad sequentem diei reservare?

¶. Vetus erat id Dominus per Moysen.

Cibum unde haberent Israelitæ, didici ex dictis, cedo mihi, unde potum hauierent?

¶. Vel lapides Israelitis potum suppeditabant. Cum enim in Horeb petram Moyses virga percussisset, inde fluxerunt aquæ tam multæ, ut innumerabilis pene populi sitim extinxerint.

In solitudine cum essent, quoniam modo se ab imbrum imperi, & a Solis calore protegebant?

¶. In tabernaculis habitabant.

Quis populus eos ex Aegypto digressos primum bello petuit?

¶. Amalec gens prima omnium in Ra phidim adoriantur hostili animo Hebraos. Progeniti enim ex Esau Amalecites antiquum Patris sui contra Jacobum fratrem odium imitati, posteris illius erant infensi. Occurrunt ergo illis, ut transitum eorum ad pro missam terram impediunt, ac rem bello, armisque decernant.

Hunc Amalecitarum impetum represseruntne Israelitæ?

¶. Josue a Moysen missus cum expedita bellatorum manu pugnabat contra Amalecitas, Moyses autem in vertice collis, ut adficeret suis, tendebat supplices ad Deum manus, quæ Moysis oratio tantopere apud Deum valuit, ut Amalec fulus, fugatusque recederet.

C A P U T V.

Prima divina Legis tabula, Exod. 19. *Vitulus aureus*, Exod. 32. *Secunda tabula*, Exod. 34.

Anno eodem.

Quid post devictos Amalecitas sacra narrat historia?

R. Narrat, Moysen in montis Synai vertice Legem divinam accepisse, quæ Decalogus dicitur, seu vulgo decem divina mandata.

Quanto tempore in ejus montis vertice mansit Moyses?

R. Quadraginta dierum, ac noctium spatio, quo tempore perpetuo cum Deo familiariiter, aut cum Anglo Dei vices gerente versatus est.

Cum in monte divina accepturus præcepit Moyses ascenderet, cuiam regendi populi curam commisit?

R. Aaroni fratri suo, qui Israelitarum miles plus, quam constantem virum, ac Sacerdotem decret, perterritus, atque eorum pollicitationibus a vero Dei cultu ad Idololatriam, si non ex animo, certe re adductus, vitulum ex auro conflatilem fecit, quem insana turba, ut Numen, colere coepit, cùque thus adolere.

Id cum vidit Moyses, quid fecit?

R. Iratus valde proiecit de manu tabulas, & ad radicem montis confrerat, atque insigne vitulum combussit, & concrivit usque ad pulverem, quem sparvit in aquam, & ex eo potum dedit filiis Israel, quorum 23. millia, Levitarum ministerio usus occidit,

Sup-

Suppicio hoc affectis Israelitis reparacione Moyses, quas confrerat, Legis tabulas?

R. In montem rursus ascendit, deferens secum novas tabulas instar priorum, super quas scripsit Dominus verba, quæ habuerant tabula, quas frerat, easque ad populum detulit, ut divinam ei voluntatem aperiret. Placuit divina lex populo, canique juravit se perpetuo servaturum.

C A P U T VI.

Tabernaculum; Candelabrum aureum; Arca Fæderis; Panes Propositionis, Exod. 25. 26.

Vestes Sacerdotum, Exod. 28.

Anno eodem.

Quandonam constitutum est Tabernaculum?

R. Anno secundo post exitum populi Israheliti de Ægypto.

Quid in Tabernaculo erat insigne præcerteris?

R. Candelabrum aureum, cuius idem Deus ipse Moysi tradiderat.

Quale era hoc Candelabrum?

R. Erat ductile ex auro purissimo, ex cuius altero latere calami tres, ac tres ex altero egrediebantur, ac per calamos singulos tres erant scyphi, quasi in nucis modum, sphæruleaque simul, & lilium; in ipso autem candelabro quatuor erant scyphi in nucis modum, sphæruleaque, & lilia per singulos. In eo autem lucernæ septem diu no[n]que ardebant.

Quid aliud in Tabernaculo a Moysi possum est?

R. Altare construxit, quod thymiamatis

D 4 dice-

dicebatur, quod in eo thus, & aromata Deo adorarentur.

Quanam ex materia erat Ara ista confecta?

B. Ex lignis Sethim, tecta ex omnibus partibus auro; porro quadrata erat, cubito uno longa, ac lata, alta autem duobus.

Nonne & alterum Altare constitui jussit Dominus?

B. Ita est: fuit autem alterum hoc dictum Altare holocaustorum, & hoc ipsum quadratum erat, quinque cubitos longum, ac toidem latum, altum vero tres.

Quanam ex re compositum erat?

B. Et hoc ex lignis Sethim factum erat, tectum ex omni parte laminis trebis.

Perfecto Tabernaculo quid novi Moyses suscepit?

B. Arcam illico foederis Moyses construxit.

Quanam ex re mystica illa arca construta est?

B. Ex ligno incorruptibili, duos cubitos cum dimidio longa erat, lata uno eum dimidio, auro intus, ac foris intexta.

Quid in hac Arca erat collocandum?

B. In ea tabula Legis Dei digito scriptae erant ex divino mandato assertivae.

Post arcum foederis quid factum a Moyse?

B. Post haec Mensam construi voluit.

Ad quem usum?

B. Ut in ea panes propositionis ponerentur. Erant autem duodecim per singulos dies, quorum sex altera ex parte, ex altera pariter sex statuebantur.

Quanam ex re erant panes isti confecti?

B. Ex farina pura cum oleo permixta.

Quinam sunt ii, qui a Deo electi sunt, ut horum divinorum munetum ministri essent?

B. Ha-

B. Aaron, & filii ejus.

Quisnam velles Testamenti veteris Sacerdotes gerebant?

B. Vests lineas gerebant, quæ Albae Sacerdotum novæ Legis non multum erant dissimiles.

Quoniam potissimum præceptum est Sacerdotibus impositum?

B. Ut curarent, ut ignis in Altari Deo perpetuo arderet, novis semper lignis manu, & vesperæ suppositis.

Ignis hic qualis erat?

B. Sacer ignis erat, quo impleri thuribilia lex erat, cum suffumigationes a Deo præscriptæ facienda essent.

C A P U T VII.

Nadab, & Abiu, Levit. 10. Blasphemi lapidibus obvinti, Levit. 24. Exploratores duodecim, Num. cap. 13. & 14.

Anno Mundi 2514.

Hanc sacri ignis legem est ne quisquam aliquando transgrediatur?

B. Transgressi sunt eam primi omnium Nadab, & Abiu, filii Aaron natu majores, qui cum thuribulum non sacro igne ornamenti, sed profano, dum thus Deo adolebant, in Tabernaculo coram Domino igne devorati miseritane perierunt.

Quoniam aliud dedit sub hoc tempus Dominus iuste severitatis exemplum?

B. Cum duo Israelita jurgati essent in castris, corunque alter divinum nomen blasphemasset, & maledixisset ei, adductus ad Mosen, Dei iusu extra castra eductus, lapidibus oppressus est ab iis omnibus, qui ilius blasphemias audierant.

Quid

R. Quid post hac Moyses?

R. Duodecim milii exploratores ad considerandam terram Chanaan, in cuius jam sibi nibus erant.

Quid exploratores hi reculerint.

R. Iosue, & Caleb tam multa in ejus regionis laudem predicarunt, ut, cum hac Israeliz̄ vera esse non posse censerent, fidem habuerint potius de cetero eorum sociis, qui terra illi detrahebant, dicentes; *Terra, quam lustravimus, devorat habitatores suos, populus, quem aspeximus, procera statuta est, ibi vidimus monstra quadam futurum Enac de genere giganteo, quibus comparati, quasi locusta videbamur.*

Cum hoc inter se diversa andisset de eadem regione populus, quid fecit?

R. Clamavit contra Caleb, & Iosue omnis multitudo, & lapidibus eos voluit opprime; ilque fecisset insatum vulgus, nisi eos a proposito deteruisse gloria Domini, qua super teatum foederis cunctis filiis Israhel apparuit.

Itatus ne est Dominus proper hanc populi, & exploratorium iniquitatem?

R. Tantopere indignatus est, ut jurarit, neminem ex innumera propemodum multitudine ex Aegypto digressum terram Chanaan ingressurum, exceptis Iosue, & Caleb, ilisque, qui vigesimum nonum annum attigerant.

Divinum hoc verbum est ne ad effecum deducatur?

R. Ita est. Ingratus namque populus variis erroribus huc, illucque per Arabie solitudinem astus est, in qua peregrinatione multis modis omnes perierunt.

Alius ne quispiam iurgatus est contra Moysen?

R. Et

R. Et Maria soror illius.

Propter hanc culpam quodnam sustinuit Maria supplicium?

R. Percussa est lepra foedissima; sed post dies septem, quibus juxta legem sece extra castra continuit, orante Moysi, mundata est, ac sanata.

C A P U T VIII.

Core, Dathan, & Abiron, Num. cap. 16.

Serpens aeneus, c. 21. Balaam, 22. 31.

Anno Mundi 2514.

Nonne in hac eadem incidit tempora supplicium Core, Datan, & Abiron infelix?

R. Ita est. Cum enim contra divinam Legem Sacerdotalia munia usurparerint, disrupta est terra sub pedibus eorum, cosque deglutiit.

Hoc supplicium continuit ne in officio pravum alioquin Israelitarum ingenium?

R. Minime vero, quia hanc ob rem vehementior, quam ante, in populo illo seditione orta est.

Anno Mundi 2552.

Quenam proxima fuit iurgii hujus, ac seditionis occasio?

R. Tum solitudinis illius diutina tedium, tum mannae fastidium, tum Aegyptii alii memoria, atque inde cupiditas.

Quid pro hoc flagitio receperere supplici?

R. Serpentes ignitos Dominus in illos inmitit, ex quorum contactu inaueni propemodum perire.

Quo-

Quonam modo avertit Moyses hanc populi cladem?

R. Fecit Moyses ex divino mandato serpentem aenam, quem cum fanciis aspicerent, sanabantur.

Anno Mundi 2553.

Quid sub hoc tempus accidit memoratum dignum?

R. Cum castrametatus esset populus Israeliticus in campis tribus Moab, Balac Moabitarum Rex perterritus misit nuntios ad Balaam ariolum, ut ad se veniens Hebreo populo malediceret.

Venitne Balaam?

R. Venit quidem, sed in medio itinere apparuit ei Angelus Domini, quem prius cognovit asina, cui malus Propheta infidebat. Cernens enim asina stantem Angelum in via, evaginato gladio, avertit sede itinere, quam cum verberaret Balaam, stetit Angelus in angustiis duarum maceriarum; quem videns asina junxit se pariet, & insidentis Prophete pedem attrivit; concidit illa tandem sub pedibus sedentis, & humanaam mirabilis prodigio vocem esformans de sessoris inhumanitate conquesta est.

Quid ad hac Balaam?

R. Aperit tum Dominus oculos Balaam, & conspiciens Angelum stantem in via, gladiumque distictum, adoravit eum pronus in terram, illud pollicitus, domum se suam illico reditum, si id ei placeret.

Quid Balaam respondit Angelus?

R. Dedit ei perficiendi itineris facultatem, ea tamen conditione servata, ut tantum diceret, quæ tum ex divina revelatione accepisset.

Paruit ne Angeli imperio Balaam?

R. Pa-

at Novi Testamenti.

61

R. Paruit. Ad Regem enim Balac deducens, datoque in conspicuum Israelitarum exercitu juxta Domini maniatum populo illi benedixit, cui maledictionem Balac optaverat; qua res mirum in modum Moabitum Regis iram excitavit.

Ut iram Regis a capite suo averteret Balaam, quid consilii suscepit?

R. Pessimum dedit Regi consilium, ut nempe Israelitis Madianiticas feminas, quæ formæ pulchritudine ceteris eminenter, conspiciendas traderet, quo cum iis fornicati, & Idola eorum venerati a Deo suo punientur.

Successit ne res hac e sententia Balaam?

R. Ita vero; illegerunt enim illæ foemines artibus Israelitas, & ad Idololatriam facillime pertraxerunt.

In populo Israel nemo ne inventus est, qui zelo divinae Legis flagitio huic obviam ieret?

R. Phinees inventus est, qui Judicum quendam cum Madianitide concubinetem conspicatus, utrumque uno iactu transfixit, quo quasi sacrificio divinum furem extinxit.

Phinees hic quicquam ne præterea gessit egregium?

R. Misius a Moysi cum XII. hominum milibus, ut adversus Madianitas pugnaret, inito prælio fregit, mares omnes occidit, inter quos quinque gentis illius Principes erant, & Balaam ariolus; urbes eorum, viculos, & castella consumpsit, mulieres, & parvulos, omniaque pecora cepit, ac suppellectilem universam.

Victoriam hanc quo animo Moyses exceptit?

R. Extra castra in occursum Phinees prætingenti gaudio egressus est; sed mox cum reser-

reservatas a cæde vidisset fœminas, quæ ad Idolatriam Israëlitas adduxerant, iratus Principibus, ac Tribunis exercitus, iussit, mulieres omnes, quæ viros cognovissent, jugulari; pueras vero, & fœminas adhuc virginis reservati, quarum fane triginta duo millia fuerunt.

C A P U T I X.

Mosis obitus, Deut. c. 32. & 34. *Transitus Jordanis*, Jos. cap. 3. *Expugnatio Jericho*, Jos. cap. 6. *Hui urbis excidium*, c. 7. *Sol immotus*, c. 10.

Anno Mundi 2553.

Quam rem post hæc Moyses suscepit?
R. Tradidit profidemā Tribubus Ruben, Gad, & dimidiis tribui Manasse terras omnes, quæ trans Jordanem erant, & quoniam non erat ipse Jordanem transiturus, præcepit ei Deus, ut vocato Josue ei coram multitudine universa ducendi populi cursum committeret, quod Moyses illiko præstidit.

Quoniam deinde secessit Moyses?

R. Ascendit in vèrticem montis Abarim, benedixit omnibus Tribubus Israël, & promissionis terra conspecta, mortuus est.

Quot annos Moyses attigerat, cum cessit & vivis?

R. Centum annos, & viginti.

Ubinam sepultus est?

R. In valle campestriū Moab prope Montem Phogor.

Quis Moysi sufficiens est in Israëlitarum Principatu?

R. Ioseph filius Nun, de Tribu Ephraim,

qui

qui suscepit initio regimini cis Jordanem Israëlitas adduxit.

Quoniam ratione trajecit Jordanem?

R. Arca fœderis præceunte, aquæ inferiores decurrerunt, ac detecerunt, superiores autem aggere quasi factō constituerunt ad inflat montis intuscentes, adeo ut populus per arenem alveum ad alteram ripam pervenerit.

Quoniam fuit prima Urbs, quam post Jordanem transitum Josue expugnavit?

R. Urbs Jericho fuit, quæ adversantibus Iudeis clausa erat, atque munita.

Quoniam modo eam cepit Josue?

R. Circumducta septies Arca iussu Dei, buccinisque clangentibus mœnia Urbis coruerunt.

Cujusnam Urbis excidium Jerichoniam cladem exceptit?

R. Urbs Hæi universa incendio perii, in aliis omnibus ad duodecim millia usque ditermpsis.

Quid post hæc egit Josue memoria dignum?

R. Imperavit Soli, ut staret, neque juxta naturalem ordinem occumberet, donec de quinque fuitimis regibus lumeret vindictam.

Paruit ne Sol Josue imperio?

R. Inaudito omnibus faculsi miraculo constituit tardi Sol, donec quinque Reges cum immensa copiārum multitudine fusi, ac fugati sunt.

Quid devictis hisce Regibus factum?

R. Imperavit Josue, ut aperta speluncæ, in quam se se repperant, ex ea educti suspenderentur.

His gestis quid actum a Josue?

R. Terram Chanaan, quam in divisionem suam

suam redegerat, in partes distribuit, ac singularis partes singulis Tribubus assignavit.

Quot annos rexit Iosue Israelem?

R. Annos vigintiquinque.

Quo anno aetatis suę mortuus est?

R. Centesimo, & decimo.

C A P U T X.

Caleb, Adonibezech punitus, Jud. c. 1. Mors Sisara, c. 4. Sacrificium Gedeonis; Miraculum velleris; Madianitarum clades. c. 7.

Anno Mundi 2570.

Quis Israeliticum populum post Josue obi-
tum rexit?

R. Caleb, cuius nomen illustre reddidit
Aconibezech Regis clades.

Quid huic accedit Regi?

R. Capio ab Israelitis summitates ma-
num, ac pedum praeceps sunt, ac Hierofo-
lymam adductus ibi mortuus est.

Quis Caleb mortuo suffectus est?

R. Dei populus septem annorum spatio a
senioribus rectus est, cumque nullum habe-
ret, qui sibi praesert, ad Deum confugit,
ut duce aliquo constituto a finitimarum gen-
tium incursionibus liberaretur.

Quis ergo in-ducem populi a Deo est
designatus?

R. Othoniel nepos Caleb.

Quot annos praeuit hic Judex populo
Israel?

R. Quadraginta annorum spatio rexit If-
raelem.

Mortuo Othoniele, quid accedit Israelitis
adversi?

R. Per decem, & octo annos Eglon Moa-
bita-

bitatum Regi durissimam servierunt servi-
tatem.

Quis eos in libertatem vindicavit?

R. Aod, qui tyrrannum hunc obtruncavit.

Quot annorum spatio judicavit Aod If-
raelem?

R. Octoginta annorum spatio.

Quis in Aodi locum electus est?

R. Samgar jus unius anni spatio dixit
Iraeli.

Quid singulare fecit Samgar?

R. Percussit sexcentos Philistaos vomere.

Ad cuiusnam manus post Samgaris mor-
tem Iraelis regimen devevit?

R. Debbara femina Israelitici populi sa-
cepit habenas.

Quid peculiare accedit, regente populum
Debbara?

R. Jabin Rex Chanaan bellum Iudeis in-
dixit, ducem exercitus universi Sisaram
constituit; adversus quem a Debbara cum
exercitu non mediocri Barac missus est.

Quid in hoc bello accedit dignum me-
moriam?

R. Perterrit Dominus Sisaram, atque
universam illius multitudinem, adeo ut im-
pos mentis Sisara, re omni desperata, pe-
des fugerit, ac tentorium Jahelis uxoris
Haber Cinei intraverit, ibique operatus pal-
lio jacuerit.

Quid actum tandem de Sisara?

R. Fessum illum de itinere, & opeo Ia-
hele actior, quam solebat, somnus comple-
xus est. Tum Iahel assumpto clavo tabernac-
uli, ac malleo, & cum silentio ad eum
ingressa temporibus illius clavum infixit,
percussumque malleo defixit in cerebrum &
Sisara inde soporem morti consocians defec-
cit, ac mortuus est.

Mortua Debora, quid accidit populo Israel?

B. A patria rufsum Israeli ius populus religione ad Idololatriam deflxit; eum propterea tradidit Dominus in manum Madianitarum, qui per septem annos durissimo cum jugo pressum tenuere.

Anno Mundi 2759.

Quis ille fuit, qui Domini iussu populum a Madianitica subtraxit captivitate?

B. Gedeon fuit, qui cum divinam ab Angelo voluntatem exceperat, agnoscetque ingenti miraculo ignis repente ex terra divinitus per virgam excitari, se a Deo ad liberandum populum esse delectum, ad id unum suas omnes cogitationes, atque confilia convertit.

Alione miraculo divinæ voluit esse Gedeon certior voluntatis?

B. Ita est; oravit enim Dominum, ut posso per noctem vellere lans in area, ros in solum vellus caderet, & in omni terra siccas esset; altera vero nocte solum vellus siccum esset, omnis vero circumquaque telius tote maderet; atque ita factum est.

Quid post hæc a Gedeone gesum est?

B. Collegit magnam populi multitudinem, sed cum hic numerus major esset, quam oporteret, Dei iussu omnes primum pavidos, ac formidolosos abire iussi, deinde eos, qui reliqui erant, ad Jordanem adduxit, ut ex modo bibendi aquam alios ad pugnam retineret, alios domini restringeret.

Quinam electi sunt Dei iussu ad pugnam, quinam vero dimissi?

B. Ii electi sunt, quos vidit Gedeon manus ad eos admota lambentes aquas, qui numero

mero tercenti fuere, reliquos vero, qui lingua canum more aquas avidissime absorperant, in locum suum reverti Jussit:

Quomodo tercentis hisce tantum stipatus Gedeon militibus Madianitas devicit?

B. Divisit tercentos viros in partes tres, ac singulas singulis tubas dedit, lagenasque vacuas, ac lampades in medio lagenatum, præcepitque iis, ut per castrorum circuitum clangerent, & conclamarent: *Domino, & Gedeoni*, simulque lagenas inter se complicerent; sinistra autem manu lampades tenerent, & dextra tubis personarent: quare adeo universa hostium castra turbavit, ut Madianita manus se cade truncaverint.

Alias ne Gedeon expeditiones suscepit?

B. Non alias, quotiani tantus terror ex Madianitica clade conceperat finitimas gentes invasit, ut nemo Israelitico populo negotium facessere auderet.

Quis post Gedeonis obitum Israelem jucicavit?

B. Abimelech filius illius.

Quid mortuo statim Gedeone Abimelech rerum suscepit?

B. LXX. fratres statim occidit, unico excepto Joathan natu minimo, qui absconditus fratri impissimi crudelitatem evasit.

C A P U T XI.

Mors Abimelech, Jud. cap. 9. *Filia Jephthe*, Jud. cap. 1c.

Anno Mundi 2768.

A Biit ne Abimelechi scelus impune?

B. Non ita; expugnato enim oppido Thebes, cum juxta turrim omnitissimam in

media urbe sicam fortiter dimicaret, ignemque supponere niteretur, mulier quedam mole fragmen jaciens capiti ejus illisit, cerebrumque confregit; quod cum ferre non posset, armigerum advocavit, ut se gladiis intericeret, ne a femina occisus diceretur.

Mortuo Abimelech Tyranno, quisnam Iudex a Deo est populi Israel constitutus?

B. Thola, de quo nihil habemus in sa-
cris paginis illustre. Populini tamen caste,
integreque viginti annorum spatio judicavit.

Post Tholam quis Israeli praeftus?

B. Jair, quo populum Dei judicante, a Philisteis, atque Ammonitis durissimam per decem, & octo annos servitutem per-
pessus est Israel.

Quis demortio Jair succedit?

B. Successit Jephthe filius mulieris mer-
etricis, vir Galaadites, militari gloria con-
spicuus.

Quid contigit Jephthe maxime dignum me-
moria?

B. Cum votum Domino conceperit hu-
jusmodi; Si tradideris filios Ammon in ma-
nus meas, quicumque primus fuerit egressus
de foribus domus mea, mibiique occurserit re-
verenti cum pace a filiis Ammon, cum in
holocaustum offeram Dominis; percussis hosti-
bus domum reverenti occurrit prima om-
nium unigenita filia cum tympanis, & cho-
ris, ut Patria victoriam celebraret: in eam
Propterea se adductum necessitatem putavit,
ut filiam maceraret, quo votum ante victo-
riam conceptum impleret.

Quis hujus victoria a Jephthe relate fru-
sus fuit?

B. Post multa eorum millia intertempa,
viginti etiam eorum urbes Israelitico impe-
rio subiecit.

Quot:

Quot annos praeftuit J. phtie Israeli.

B. Annos sex cum populum rexisset, ex-
cessit e vivis, in cuius locum datus est a
Deo regendo populo Iudeus Abesan per se-
piem tantum annos, cuius deinde locum
Abijalon per decem annos tenuit, quo par-
ter mortuo, judiciaria potestas ad Abdon
devenit, cuius principatus octo annorum
spatio est definitus.

C A P U T XII.

Samsonis ortus, Jud. cap. 13. *Philistai ab illo debellati*, Jud. cap. 15. *Porta urbis Gaza*, Jud. cap. 16.

Anno Mundi 2848.

C um nemo ex praecedentibus judicibus
ausus esset Philistaeorum juguni a po-
puli Hebrei cervicibus excutere, cuinam
tandem egregium facinus est reservatum?

B. Samsoni, viro omnium, quotquo un-
quam fuerunt, robustissimo, cui post Abdo-
nis mortem judiciaria potestas est tradita.

Ex quanam Tribu natus erat?

B. Ex Tribu Dan, filius Manue.

Quid gessit Samson illustre, atque pra-
clarum?

B. Tam multa gessit eterna digna admira-
ratione, atque memoria, ut, nisi sacratum
literarum gravissimo, certissimoque testimo-
nio niterentur, confusa, falsaque esse vi-
derentur.

Quanam inter cetera maxima sunt, atque
principia?

B. Maxilla asini primum omnium mille
Philistaeos fregit, ac fudit.

Quid accidit ex hac pugna Samsoni?

E 3

B. Tan-

R. Tanta eum sitis invasit , ut de vita jam desperans sua Dominum oraret , ut si tim dato aquarum fonte pelleret ; mortuus , nisi impetrasset .

Audiitne Dominus Samsonis preces ?

R. Audiit ; & ex maxilla illius dente aquas elicuit , quibus sitim depulit Samson , viresque recepit . Idcirco appellatum est nomen loci illius ; *Fons invocantis de maxilla* .

Quid alius præterea ab eo gestum , quod illius robur prodit immensum ?

R. Cum a Philistæis inclusus teneretur in urbe Gaza , apprehendit ambas portæ fores cum postibus suis , & sera , impositaque humeris portavit ad verticem montis , qui respicit Hebron .

Cunam rei Samsonis robur erat alligatum ?

R. Crinibus erat alligatum , quibus recisis , clanguit , neque ea amplius agere potuit ; quæ pridem cum tanta gesserat gloria .

Ognam modo prodigiosus crinius est Samsoni evulsus ?

R. Cum Dalilæ , quam deperibat , apertus esset admodum temere , ut amictium mos est , robur suum a prolixa coma pendere , in finejus , nimium formicæ credens levitati , ac blanditiis , dormire cœpit , dormienti scelerata fœmina caput abrafit , & Philistæis tradidit , qui vincut catenis Gazam duxerunt , oculisque erutis , clausum carcere , pristino addixerunt .

Diu ne in laboriolo , atque indignissimo opere desudavit ?

R. Non ita diu ; namque cum in hoc turpissimo opere operam collocasset suam non multo tempore , cœperunt renasci capilli , atque excrescere , simulque ei robur pristinum est restitutum . Quapropter , invocato Dei nomine , ambas columnas , quibus Basiliæ

filiae innitebatur , in quam Idolo Dagon sacra faciuri convenerant Philistinorum Principes , atque tria millia insuper promiscui vulgi , apprehendens , eas ita concussum , ut corridente domo plures interficerent moriens , quam vivus occiderat .

Peccavit ne Samson , qui , ut Philistæos occideret , scipium etiam interimere voluit ?

R. Non peccavit , ino actum heroïce fortitudinis exercuit , cuius propterea facinus laudat , eumque in sanctorum numero collat D. Paulus in epist. ad Hebr. cap. 11 . Non enim mortem suam hoc in factio intendebat , sed cadem Philistæorum , quam eis , utpote populi electi hostibus , inferre poterat . Præterea speciali Dei instinctu , ut asserit D. August. id ab eo factum esse vero proximum est , cum credibile sit ei robur pristinum cælitus ob hanc rem restitutum .

Quæ bona Israëlico populo Samsonis mors comparavit ?

R. Libertatem .

C A P U T X I I I .

Uxor Levita prodigiosa libidine a Beniaminitis Gabaa Urbis extinta , Jud. cap. 19 . Beniaminita ob hoc scelus ferme ad nitram intercessionem delata , Jud. cap. 20 . Ruth sequitur Nohemi uxorem suam , Ruth cap. 1 . Ruth eadem nubis Booz , Ruth cap. 4 .

P Ost hæc quid in sacra narratur historia ?

R. Res narratur , quæ totius prope Tribus Benjamin creavit exitium .

Quid hoc est ?

R. Cum Levita uxorem suam dominum a parentum domo reduceret , nox eum in me-

dio intercepit acinere, cum prope Gabaa esset, que Urbs Beniamin Tribui sorte obveniat. In eam propterea urbem ingressus, cum nemo esset, apud quem invitatus diversatur; senex quidam pius vir, qui & peregrinus erat in Gabaa, & in monte Ephraim natus, unde Levita hic noster advenierat, in domum suam invitatum Levitam humaniter, ac benigne fovit, omniaque, quibus indigebat, suppeditavit abunde.

Quid in medio eis evenit convivio?

R. Epulantibus illis, venerunt viri civitatis illius improbissimi, & circumdata domo fores senis pulsare coeperunt, clamantes, ac postulantes Levitam, ut illo ad prodigiosam libidinem abuterentur; ac tandem obtinacissimo animo in hoc persistere impius, nefarioque consilio, quantumvis bonus senex eorum petitionem, ut iniquissimam, rejiceret, ut adactus fuerit Levita ad eos uxorem suam educere, isque illudendani tradere, ut suam in ea libidinem compleentes, non alterum illud contra naturam scelus aggrederentur. Misera ergo feminam per totam noctem abusi, eam mane dimiserunt, quae cum domum senis iterum petereret ad maritum, sparsis in limine manibus corruit, ac jacuit examinis.

Ultiusne est Levita injuriam sibi, & conjugi illatam?

R. Quomodo potuit, ultus est injuriam. Arresto enim gladio, & uxoris cadavere cum ossibus suis in duodecim partes, ac frusta dissecato, misit singulis Tribubus partes singulas, ut eas contra Urbem Gabaa tanti ream criminis ad iracundiam provocaret.

Quid tum actum de Beniaminitis?

R. Beniaminita omnes, cum tradere no-

luisserent eos, qui flagitium hoc perpetrarent, dignas tanto scelere penas dederunt; quoniam 25. illorum millia ab Israelitis interfucione deleta sunt, & urbes eorum solo squaræ. Tantæ cladi vix sexcenti mares superfuere, qui in desertum secesserunt.

Anno Mundi 2708.

In hac tempora incidit historia Ruth: quid de hac femina sacra refert historia?

R. Refert Elimelech cum tota familia sua peregrinatum, adductum fame, quæ in terra Beilchem patria sua gravabatur, & ad Moabitas profectum cum uxore Nohemi, ac duobus filiis, quia in regione paulo post mortuus est.

Quid Nohemi, mortuo coniuge?

R. Filiis suis puellas duas Moabiticas dedit uxores, quarum altera Orpha, que primogenito Nohemi nupst, alteri Ruth, que natu minori in matrimonium est copulata; qui tamen ambo Nohemi filii post annos decem e vivis excisi.

Quæ tum cogitatio Nohemi marito videtur, ac filiis omnibus orbata?

R. Ea Nohemi mentem incessit cogitatio, ut in Iudeam redire statuerit, quam cum deserere Ruth nupsisse omnino nolle, ejus vel invitæ latrî individua semper comes adhæsit. Venere ergo in Iudeam, cum melissis colligende tempus advenisset, accidisse, ut in quem agnum primum Ruth collectura spicarum reliquias advenerat, quo sive, & socrus consulenter necessitatibus, is esset divitis hominis nomine Booz, qui cum Elimelech Nohemi marito sanguinis erat cognatione conjunctus.

Quoniam modo Moabiticam foeminam Booz exceptit?

R. Cum intellexisset foeminam illam Ju-dam esse, ac Nohemi filiam, humanissime exceptit, iustique mestores suos plures illi spicas post se relinquere, illamque adhor-tatus est, ne alibi, quam in agro suo, col-ligeret, eamque laudavit pietatis erga so-erum nomine, ad quam tres tritici modios attulit, retulitque simul, quām humaniter secum actum esset a Booz. Id cum audiis-set Nohemi, effectit, ut Ruth a Booz in uxorem duceretur.

Quoniam modo matrimonium hoc contra-
cum est?

R. Ruth secuta Nohemi consilium ad pe-des Booz dormientis recubuit, vestibus or-nata splendidioribus, quam cum sensisset prope se recumbentem Booz, sciscitatus ex ea est, qua foemina esset, aut quo tandem consilio ad se dormientem accessisset.

Quid ad hæc Ruth?

R. Se Judæam esse significavit, ac No-hemi filiam, proptereaque Booz ipsum sibi propinquitate conjunctum, a quo p oinde in uxorem accipi deberet juxta præceptum de propinquorum semine suscitando in di-vina lege præscriptum.

Quid tum Booz?

R. Respondit, esse se ad divinam legem implemandam paratissimum, etiam si ultimum se no laboraret, dummodo qui se propin-quior erat, jus sibi suum cederet, addidit-que munus hordei mensuratum ampliorum, quam antea.

Jurine cessit suo alter ille Ruth propin-quior, quam Booz?

R. Cessit; adeoque etiam senioribus urbis matrimonium contraxit Booz cum Ruth,

Ruth, suscepitque ex ea Obed Patrem Iah, sive Jesie, & avum David Regis, non si-ne ingenti Nohemi lætitia, cui gratulata est civitas universa, quod Deus angustias priores maximo illo gaudio in extrema compensasset senectute.

Finis Libri Secundi.

HISTORIÆ

SACRÆ

LIBER TERTIUS.

Quo ea, quæ sub Regibus contigere,
continetur.

C A P U T I.

*Samuel deserviens Heli Pontifici in sacris
Templi muneribus, lib. 1. Regum cap. 1.
Heli funitus a Deo, cap. 4. Idolum Dagon,
cap. 5. Arca a Philisthais ad Hebreos remis-
sa, cap. 6. Philisteorum clades, cap. 7.*

Anno Mundi 2878.

Qui libri ordine-historico libros Judi-
cum consequuntur?

¶ Post Judices Reges in Israele re-
gnarunt, quorum gesta hic describemus.
Definit enim Judicum liber (cujus Ruth ap-
pendix est) in Samfone, qui ante Heli ulti-
mus fuit Judex. Quare narrata brevi in
primi Regum libri exordio ultimorum duou-
rum Judicum Heli, ac Samuelis vita, Sau-
lem primum in Israele Regem sacra nobis
exhibet historia.

Quo ergo munere in populo Israel Heli
fungebatur?

¶ Heli in populo illo & Judiciariam, &
Pontificiam simul sustinebat dignitatem.

Heli huic quomodo datus Samuel?

¶ Anna Samuelis mater cum vellat filium

Tem-

ac Novi Testamenti.

77

Templi addicere ministerio, ut Deo redderet, quem a Deo acceperat, puerum adhuc annorum trium vix ab uberibus distractum Heli Pontifici tradidit.

Cum Templo, ac Pontifici Samuel adhuc puer deserviret, quid per somnum a Deo excepit?

¶ Audivit, quæ mala brevi domui Heli
futura essent, eo quod paros plus paulo in-
dulgens liberorum nefaria sceleria non corri-
puisset.

Quanam erant eorum sceleria?

¶ Multa erant, quæ tamē omnia ex uni-
co avaritiae fonte manibant. Cum enim ex
victimis sponte oblatis, quæ etiam pacifica
dicebantur, pectusculum tantum, & amnis
dexter Sacerdoti deberetur, ipsi quislibet vi-
cima partes, præfertim miliores, sibi usur-
pabant. Rursum id per viam obtinebant, ri-
pientes eas invitis offerentibus. Denique id
faciebant contradivinam legem, antequam vi-
cima Deo per cremationem fuisse immolata.

Denunciata a Deo mina completanè sunt?

¶ Completa sunt, & quidem cum ingen-
ti torius populi luctu. A Philisthais enim
bis cœsi sunt Israelite, capta est Arca se-
cerdotis, occisi Ophni, & Phinees, filii Heli,
Heli ipse, nuncio clavis, & Arca capta ac-
cepto, de sella retrosum corruens mortuus
est; irreuerunt ante tempus dolores partus in
uxorem Phinees, quæ moriens peperit filium
Iacob, quod est: ubi gloria? id est, Arca
jam capta, & ad Philisthæos traducta; om-
nis Israels gloria concidit.

Quis Heli in Judicem suscepit est?

¶ Ille ipse Samuel, qui Heli excidium
divino nomine prænuntiarat; qui sine po-
pulum summa fide, religione, justitia, &
æquitate gubernavit.

Quid

Quid interim de Arca foderis factum a Philistaeis?

R. Duxerunt eam Philistaei Azotum, & in Templo Idoli Dagon collocarunt, sed Deus Opt. Max. eam injuriam Arce sua illatam omnino non sustinens effecit divinitus, ut Dagon semel, & iterum corrueret, abscessis in limine Templi capite, ac manibus, ac Philistaei ipsi mariscis, ac muribus infestarentur.

Philistaeos hæc plaga vocavitne ad pœnitentiam?

R. Pœnitudine duci, ac terrore perculti Arcam novo impositam plaustrum cum muribus, & anis aureis ei oblatis Israelitis remiserunt.

In hoc itinere quid accidit singulare?

R. Vaccae trahentes plaustrum, cui Arca erat imposta, in Bethsames substituerunt, atque ibi super ligna plaustrum Deo sunt immolatae, non tamen sine multorum luctu in communii Iudaici populi letitia. Multi enim de plebe a Deo interempti sunt, quod non ea, qua par erat, reverentia Arcam consperxissent.

Remissa Arca, pacine integre studuere Philistaei?

R. Vix Arcam remiserant, cum iterum Israelitas in Masphat aggressi sunt; sed ab istis plane devicti sunt duce Samuele, & auctoritate Deo, qui fulmina in Israelitarum hostes immisit.

Post hanc victoriam quidquamne gessit Samuel in bello præclarum?

R. Exinde Samuel longa pace populum iudicavit, & habitavit in Rhamata, ubi Altare divino Numinis erexit, atque in eo identidem sacra fecit. Nec miretur quis Samueli Leviam Deo sacrificasse; Sacerdotis namque

que ex divina dispensatione munere funsus est.

Sub hæc tempora ea Israelitis incessit cupiditas, ut Regem haberent, qui sibi jus dicaret, quid hanc ius mentem injectit?

R. Insolentia filiorum Samuelis, qui ad avaritiam declinantes populo graves, ac molesti non minus erant, quam fuerant antea filii Heli, effecit, ut populus Régium expeteret nomen, cni, sicut cæteræ terrarum orbis gentes, obtemperaret.

C A P U T II.

Saul Rex, lib. 1. Regum cap. 8. **Jonathas, & armiger ejus**, cap. 14. **Paret Saul Agag**, cap. 15. **David Goliath detruncat**, cap. 17. **Saul Davidem persequitur**, cap. 19.

Anno Mundi 2909.

Quis ergo primus est in populo Dei Rex constitutus?

R. Saul filius Cis, de Tribu Benjamin, Deo eligente, ac monstrante, Rex est designatus.

Quonam modo Saul est a Deo electus?

R. Cum Saulem misisset pater ad querendas asinas, factum est divino consilio, ut ad Samuelem veniret, cui tum significavit Dominus, eum hominem illum esse, quem Deus Regem populi designarat, ut is & populum suum regeret, & Philistæorum insurgencia identidem arma repelleret.

Regnante Saule quid accidit historia dignum?

R. Jonathas filius ejus cum armigero suo plenus spei, quam de divina in populum suum bonitate conceperat, Philistæos agressus

fus est, qui subito timore percussi in feso
victis arma converterunt, ac iuncta se cae-
de truncarunt.

Anno Mundi 2911.

Pellumne quodpiam Saul ipse gessit illu-
stre?

B. Gessit Dei jussu maximum bellum id
Amalecitas ducentis armatorum millibus sti-
patus; Amalecitasque omnes devicit, ac ma-
travit; verumtamen Regem ipsorum, qui
Agag dicebatur, multamque prædam ad sa-
cificium Deo offerendum, contra divinum
præceptum, reservavit.

Quid supplicii interrogatum est Sauli, quod
contra divinum præceptum Agag reservaverat?

B. Increpuit eum Samuel, afferens, esse
obedientiam sacrificio præfendam, Deum
que propterea justissime iratum de sceptro ad
alium hominem, altamque Tribum transfe-
rendo cogitasse. Quibus dictis Samuel inter-
fecit Agag, & lacrymis propter Saulem a
Deo reprobatum se dedit.

Quis ille est, qui a Deo in Saulis locum
est subrogatus?

B. David filius natu minimus Patris sui
Isai, seu Jesse de Tribu Juda.

Cum David ad regnum vocatus est, cui
rei dabit operam?

B. Pastoritiam exercebat artem, eratque
duorum annorum circiter, & viginti.

Quæ res gesta a Davide, quæ eum popu-
lo primum commendavit?

B. Devicit inermis iactu lapidis Goliath
Gigantem armis omnimode instructum, des-
victo ensim detraxit, coque caput abfudit
jacentis. Quæ res Phillistheos summo terro-
re percussit, Israelitas latitia affectit.

De

Set, ubi uxores reliquerat suas, ac faculta-
tes universas, vidit urbem se absente ab
Amalecitis, multa prius ablata præda, igne
combustam; justo propterea furore correptus
eos est insecurus, prædanus recepit, quam
suis omnibus ex aquo distribuit.

Regni interim Israeliticis quis status?

B. Pessimus is quidem, quoniam Saul de-
victus a Philistæis, cæsusque cum filiis suis;
corpusque ejus truncato capite suspensum est
in auro urbis Bethsan, & arma illius in
templo Astaroth. Cadaver tamen illius post-
modum cum filiorum corporibus juxta Iabes
sepultum est ab incolis urbis illius.

At dicitur Saul sibi ipsi mortem conser-
uisse.

B. Ita est. Cum enim graviter vulnera-
tus fuisset a sagittariis Philistinorum, ne-
que tedium vita ferre posset, armigerum
rogavit suum, ut se gladio interimeret, ne
hostium insequentium manu caderet; quod
cum armiger adduci non posset ut faceret,
arripuit Saul gladium, & intrit super eum,
& ex novo vulnera jacuit examinis.

Quid post hec sacra narrat historia?

B. Narrat supplicium Ozæ Levitæ a Deo
propter irreverentiam Arcæ fæderis exhibi-
tam e vivis morte repentina sublati.

Quænam fuit irreverentia hæc?

B. Vel quod Arcam humeris Ozæ non por-
taric, sed pianstro vixerit; vel quod Arcam
eo die contingere autus sit, cum præceden-
ti nocte cum uxore rem habuisset; vel quod
fine necessitate Arcani contigerit, cum levis
esset boum calcitraio; vel quod ei manus
admoverit Ephod sacro non indutus; vel
quod Levita esset, non vero Sacerdos: folis
enim Sacerdotibus Arcam tangere fas erat.

Quid interim David?

F 2

B. Con-

¶. Contristatus David, quod percussisset Dominus Ozam, extimuit, noluitque Arcam ad se primo deducere in Hierusalem, sed divertit eam in domum Obededom Gethæi, quo in loco cum tribus mensibus mansisset, adduxit eam in civitatem Sion cum ingenti populi frequentia, & clangentibus buccinis; petro David subsiliebat, & saltabat coram Arca, quem propterea Michol uxor illius despexit, atque irrisit.

C A P U T IV.

Legati a Davide missi ad Hanon Regem Ammon, lib. 2. Reg. cap. 10. Lapsus Davidis in adulterium, & homicidium, c. 11.

Anno Mundi 2967.

P ost hæc dicitur David contra Ammonitas bellum gessisse; belli hujus quæ causa?

¶. Cum demortuo Naas Ammonitarum Regi successisset Hanon filius, legatos David ad eum suos misit, qui suo nomine Regem filium super Patris interitu consolarentur; sed ingratisinus Hanon non tantum non exceptit legatos eo, quo par erat, honore, verum etiam iussit radi dimidiad barbam ipsorum, vestesque eorum medias præscindi. Quam injuriam cum David ferre non posset, duci bus Joab, & Abisai misit ingentes copias, quibus debellati sunt prorsus Ammonites, iisque omnes, qui in eorum auxium venerant, mercede conducti.

ac Novi Testamenti.

85

Anno Mundi 2969.

David tantopere ingratum hominem averatus, fuitne ipse grato semper in Deum anatus?

¶. Nullus unquam Rex fuit, qui divina mandata custodiret diligentius; verum, ut nihil est ab omni parte absolutum, atque perfectum, in duo gravissima peccata lapsus est, quibus divinam in se indignationem provocavit.

Peccata hæc cujus generis fuerunt?

¶. Alterum adulterium fuit, alterum homicidium. Cum enim die quadam deambulans in solario regiae domus, vidisset uxorem Uriæ Betabean nomine, forma pulcherrimam, lavantem se, statim illius caput specie, eam ad se jussit adduci, & ex ea adulterinum filium suscepit, ac paulo post ad Joab scriptis, ut Uriam certissime morti exponeret; siue adulterio homicidium adiunxit, uxoremque Uriæ sibi uxorem copulavit.

C A P U T V.

Tanitentia David, lib. 2. Reg. cap. 12. Mors Ammon, c. 13. Mors Absalom, c. 18.

Anno Mundi 2970.

B revine David a peccato resipuit? ¶. Non ita; integro enim anno in culpa permanxit, ac ne tum quidem resipueret, nisi a Nathan Prophetæ Dei iustu ad penitentiam compulsus fuisset.

Quomodo Prophetam exceptit David, ac severam correctionem audivit?

F 3

¶. Re-

¶ Regia deposita persona , ac peccati meior sui , criminisque magnitudine convivis exclamavit : Peccavi Domino , ac precibus jejunium addidit , ut Deum juste tratum placaret .

Anno Mundi 2972.

Sustinuitne vero animo ea mala , quæ ei in pacem admissi criminis a Deo sunt deinceps inficta ?

¶ Tulit exquissime longam illam malorum seriem , quæ in ejus domum immisit Dominus : vidiit siccis oculis extinctum , quem ante obitum defleverat , filium ex adulterio genitum : tulit ab Absalom occisum Ammon filium suum .

Anno Mundi 2974.

Cur occisus Ammon ab Absalom fratre ?
¶ Thamar filiam Davidis vi opprescit Ammon frater , in eamque tanto maiore exarsit odio , quanto eam ardentiore prius amore depicerat . Hanc injuriam Thamar frater germanus Absalom ultus est morte fratris in convivio , ad quod eum invitat . Filium Ammonem occisum luxit David toto reliquo vita tempore , Absalom vero , quo Patris iram declinaret , venit ad Regem Gessur , ubi tres annos est commoratus .

Rediitne post tres annos Hierosolymam Absalom ?

¶ Post tres annos a Patre est revocatus . Sed filii salus parum absuit , quin pernicies esset Parentis ultima . Defecit enim ingratis a Patre , eique bellum movit , ut regiam ad se traheret ante Parentis obitum dignitatem , tantoque timore Davidem perculit , ut pe-

ut pedes fugere in desertum compulsus sit cum multis Hierosolyme civibus .

Consilium animo propositum perfecitne Absalom ?

¶ Non ita : quoniam contra Patris exercitum dimicans , transiens sub queru , densissima cæsarie ramis ejus alligatus , suspensus est ; idque ut audivit Joab , quantumvis a Davide justus fuisse Absalom filio parcere , ipsum lancea confudit . Unde mitissimè Patris fletus pluimus .

C A P U T VI.

Mors Seba , lib. 2. Reg. c. 20. Peñis , c. 27 .
Salomon Rex constitutus , lib. 3. Reg. c. 1 .
Sapientissimum judicium , c. 3 .

Anno Mundi 2981.

A liusne quisquam fuit , qui contra Daydem rebellari ?

¶ Fuit Seba quidam filius Bochri : sed impune non abiit ; obcessâ enim a Joab urbe Abela , in quam Seba se seceperat , fuit ei ab incolis , suis , atque hortatu feminis eujusdam caput absclitum , traditumque Joab per murum , ac sic imminentî erepta urbs est excidio .

David præter dicta in aliena crimina lapsus est ?

¶ Animi levitate duxis , atque ambitione quadam cæca , populum , cui imperabat , numerari jussit universum .

Quodnam ei pro culpa hac est a Deo iudicium supplicium ?

¶ Optione ei data , ut ex tribus gravissimis malis eligeret , quod minus displiceret , vel scilicet septuagynom famem , vel trimestre

bellum, vel tandem triduanam pestem; hæc ex ceteris a Davide prælecta est.

Quot hominum millia pestis hæc suffulit, & quomodo ipsa sublata est?

¶. Pestis hæc trium dierum spatio e medio suffulit septuaginta hominum millia; cœstuavit autem post Davidis preces, & Alta-re ab eodem erexitur.

Anno Mundi 2989.

Quis a Davide sibi est in Regnum subrogatus ex multis, quos ex pluribus uxoribus filios haberat?

¶. David, cum annorum esset plus minus 70. Regem nominavit post mortem suam Salomonem filium, quem ex Betsabea in uxorem ascita genuerat, cum is esset tunc annorum decem circiter, & octo.

Fuitne quisquam, qui de sceptro Judaico cum Salomon contendere?

¶. Sceptrum ad se trahere nitebatur Adonias, quod primogenitus esset eorum, qui superstites erant, Davidis filiorum. Verumtamen David, vel quod Betsabea pridem jurejurando interposito spöpondisset prolem, quam ex ea legitimam haberet, in Regio sellarum folio, vel quod ex Dei revelatione nosset, ita esse divina præordinatione definitum, ut ex ceteris fratribus Salomon regnum administraret, Adoniam conatus repre-sistit, seque adhuc vivo, coronari jussit Salomonem.

Vixitne diu post sceptrum Salomoni traditum?

¶. Paulo post mortuus est; cum septua-ginta vixisset, & quadraginta regnasset annos.

Ut primum tractare sceptrum copit Salomon, quibus rebus applicuit animum?

¶. Pri-

¶. Primum omnium affinitate junxit sibi Ägypti Regem, ducta in uxorem filia ejus. Deinde oravit Dominum, ut ea consequeretur auxilia, quibus suum pro dignitate munus implete. Audita est oratio, promissa divinitus rerum omnium prosperitas, gloria, pax, magnificientia, sapientia, qualem sane nemo ad eam diem habuisset, ac nemo promodum in posterum esset habiturus.

Hujus divinitus accepta sapientia ullum-ne dedit insigne specimen Salomon?

¶. Dedit, cuni, ut item dirimeret duas inter meretrices exortam pro puerò, quem utraque suum esse afferebat, jussit sapientissimus. Rex afferriri sibi gladium, quo parvulum medium secaret, mediamque singulis partem daret. Quæ duram conditionem re-jecit, mater est judicata, quæ vero sententia acievit, cum omnium plausu, a que admiratione repulsa.

C A P U T VII.

Templum Salomonis, lib. 3. Reg. c. 2. Vas-anicum, cap. 7. Dedicatio Templi, cap. 8. Regina Saba, cap. 10. Lapsus Salomonis, cap. 11.

Anno Mundi 3000.

Quid gesit præterea Salomon illustre, atque egregium?

¶. Hierosolymæ Templum construi jussit omnium, quotquot unquam a condita rerum universitate fuerit, magnificentissimum. Ele-git ad ejus constructionem quam citissime expedienda septuaginta hominum millia, qui onera portarent, & octoginta millia la-totorum in montibus, ac tercentos præ-fectos

90 *Historia Veteris*,
factos supra tria millia, qui artificibus præsent.

Quo anno regni sui construi jussit hoc
Templum?

R. Inchoatum est Templum anno quarto
regni Salomonis, mense secundo, anno qua-
dringentesimo octuagesimo ab exitu Israël de
Ægypto, absolutum autem fuit post annos
septem mense octavo decurrente, in quam
rem impendisse dicitur Salomon tria millia
millium auri.

Absoluto Templo, cui rei dedit operam
Salomon?

R. Vas æneum fundi jussit amplissimum
quinque cubitos altum, latum decem, ac
triginta per circuitum; porro capiebat vas
hoc, si ad summum usque repleteur, me-
tretarium aquæ tria millia, hinc & mare
æneum ab ingenti magnitudine dicebatur.

Cuinam rei vas hoc innitebatur?

R. Duodecim bobus pariter ænis.

Ubinam vas hoc, five mare magnum est
collocatum?

R. In Templo collocatum est, eoque ute-
banur Sacerdotes, ut in eo mundarent ma-
nus suæ, antequam eas operi cuiquam facio-
admoveant.

Re ne alia quapiam Templum hoc suum
Salomon nobilitavit?

R. Nobilitavit inducta in Templum Ar-
ca, ex eo delata loco, ubi eam ad tempus
constitui jussérat David; quo facto Tem-
plum solemni ritu dedicavit.

Qui solemnes ritus in hac sunt dedicatio-
ne servati?

R. Innumeræ obtulit sacrificia, & geni-
bus ante Aram flexis rogavit Dominum, ut
ex Sancto Sanctorum populo Israel benedi-
cet.

Qout.

ac Navi Testamenti.

91
Quot dierum spatio solemnitas hæc abso-
luta est?

R. Quindecim diebus, quibus elapsis, di-
misi Salomon populum; collectoque nume-
ro vicinarum ea occasione immolatarum,
compertum est vigintiduo millia boum, &
ariuum centum, & viginti millia fuisse ma-
data.

Ædificata Dei domo quidquamne præterea
Salomon aliud construxit?

R. Et sibi palatium construxit, & domum
Saltus Libani, & aliud Palatium Reginæ
uxori sua Ægypti Regis filiæ, quæ post an-
nos tredecim tantum fuit absoluta.

Anno Mundi 3013.

Hanc tantam Salomonis tum magnifica-
tiam, tum sapientiam ut videret præfens,
quam ubique fama vulgabat, nemone pa-
trias liquit sedes, & ad eum perrexit?

R. Regina Saba venit ab ultimis Austrí
regionibus, ut præfens videat, utrum vera
essent ea, quorum jam fama per omnes Orien-
tis, ac terrarum regiones percrebuerat.

Attulit illa Salomoni munera?

R. Attulit centum, & viginti auri talen-
ta, lapides pretiosos plurimos, atque omne
aromaticum genus.

Quid vicissim retulit Saba Salomon?

R. Multo plura, ac preiosiora Regina a
Salomone recepit, quam quæ ipsa ad Salo-
monem detulerat.

At sapientia sua coram Saba ullane dedit
Salomon argumenta?

R. Et maxima; cum enim advenit et Re-
gina cum multis enigmatibus, ut sapientie
illius periculum faceret, nullus nodus a Re-
gina propositus est tam implexus, atque in-
volu-

volutus, quem non Salomon extemplo solvit egregie.

Hanc sapientiam semper retinuit?

R. Si audias multos ex Interpretibus, semper retinuit eam, quandiu vixit; si nonnullos alios consulas, deperdidit eam aliquando. Illud sane compertum est, cum senex *fatus* esset, in turpia se immitissime flagitiis, quibus videri possit aut deperdidisse sapientiam, aut certe ea abusus voluisse divinitus sibi concessio muneris rebellis esse.

Quanam huc flagitia fuere?

R. Immodicus primum feminarum amor, ex quo deinde, ut sis obsequeretur, nata est Idolatria.

Quot feminas habuit Salomon?

R. Tot habuit apud se feminas, ut credi vix posset, nisi divina id narraret historia, septingentas scilicet, quas Reginæ nomen nobilitabat, & concubinas tercentas.

Quid admisit, quod Idolatriæ nomen duci possit?

R. Tempa construxit Deæ Sidoniorum, Idolis Ammonitarum, & Moabitarum, aliisque genii falorum Numinum portentis.

Iratuine Dominus est propter hæc scelerâ Salomoni?

R. Ita excanduit Dominus, ut Iuda regnum in duas divisicerit iam tum partes, quarum altera decem Tribubus conficeret, altera duabus tantum, nimirum Juda, & Benjamin, atque alteram illam multo maiorem designaverit Jeroboamo privato tunc homini, alteram vero multo minorem Salomonis posteris assignaverit.

Quot annos regnavit Salomon?

R. Antos regnavit quadraginta, obiitque anno etatis sua sexagesimo, atque in Urbe David Patris sui conditus est.

C A P U T VIII.

Confiliarii Roboam, lib. 3. Reg. cap. 12.

Anno Mundi 3029.

Quis ergo Salomonicum sceptrum ab ejus obitu tenuit?

R. Roboam filius ejus; verum Princeps hic non diu integrum relictum a patente Regnum retinuit.

Quid ab eo regni partem distraxit?

R. Israelitæ Jeroboamo duce ad eum venerunt oratui, ut vestigium, ac tributorum parte aliqua levarentur, que sane gravissima impoferat Salomon paucis annis, antequam abiit e vivis.

Quid contra Rex?

R. Neglecto seniorum consilio, qui æquum esse, atque opportunum censebant blandis verbis mulcere populum, ac lenitate contineare in officio, secutus est durum, atque aperium juniorum consilium, quorum ea mens fuit, ut minus populus dimitteretur, & graviora, quam antea, tributa ei, atque onera imponerentur.

His auditis a populo quis illi animus?

R. Statim ad clamorem itum est, & magna orta inde sedatio, detrectatum perficta fronte Roboami imperium, ac de novo Regne creando deliberatum.

Quis Rex iste?

R. Jeroboam a decem Tribubus in Regem suum designatus est, atque acclamatus, duabus aliis, nimirum Juda, & Benjamin frustra obnitentibus. Inde fluxere nomina Regum Juda, & Regum Israhel. Is enim, cui decem Tribus parebant, Rex Israhel dicebatur;

94 Historia Veteris,
tur; cui vero adhucbant Iuda, & Beniamin, Rex Iuda appellabatur.

De duobus hisce Regibus, qui eodem vi-
xere tempore, quidnam in sacra habemus
historia?

R. Ambos ad idololatriam declinasse.

Iramne suam prodidit Dominus adversus
Roboamum?

R. Ut iram significaret Dominus adversus
Roboamum, suscitavit in eum Sesac Aegy-
pti Regem, qui anno quinto regni ejus Hier-
osolymam diripiuit.

Quot annos regnavit Roboam?

R. Septendecim regnavit annos, & in glo-
rius est mortuus.

Jeroboam vero quot?

R. Annos duos, & viginti, quibus mul-
ta, ac maxima flagitia patravit.

Quis post Roboamum regnavit in Tribu-
bus Iuda, & Benjamin?

R. Regnum Roboami non minus, quam
impietas, in Abiae manus devenit.

Egitne Abias quidquam in bello egre-
gium?

R. Cum Jeroboamo certavit, eumque fu-
dit, cæsis quingentis hominum millibus.

Quot annos regnavit Abias?

R. Annos tres, quibus elapsis regnum Asæ
filio reliquit, qui patris mores exosus, &
impietatem aversatus, sustuli: erectas Idolis
aras, verique Dei cultum restituit.

Bellumne quodpiam est ab Asa suscepimus?

R. Suscepimus est ab eo bellum primum
quidem adversus Aethiopas, quorum copias
universas omnino delevit, deinde vero con-
tra Nadab, qui post Jeroboam in Israele re-
gnavit.

Quot annis imperavit Nadab decem Tri-
bus?

R. An-

ac Novi Testamenti.

R. Ante duos & regium sceptrum sus-
xit, & patris iniquitatem est imitatus.

Quoniam Deus puniit supplicio Nadab ini-
quitates?

R. Baasa militiae princeps proditorie Nadab
occidit, ac regno illius potitus est.

Quot annos Baasa sceptrum tenuit Israe-
lis?

R. Quatuor, & viginti, cuius mortui lo-
cum tenuit filius Ela.

Ad imperium evectus Ela quid primum
omnium fecit?

R. Jehu Prophetam filium Hanani occidi-
jussit, quod divino nomine Patri suo, uni-
versaque familia superventura mala gravissi-
ma prænunciasset.

Quot annos imperavit Ela Israeli?

R. Duos tantum annos, quibus elapsis
Zambri eum in mensa obturcavit, ac thro-
num sibi illius usurpavit, atque universam
Baase domum delevit.

C A P U T . I X .

Zambri domum regiam, ac seipsum incendit,
lib. 3. Reg. cap. 16. Corvi Elia,
cap. 17. Achab, cap. 18.

Anno Mundi 3015.

Diu ne usurpato sceptro fructus est Zam-
bri?

R. Zambri tyrannidem non tulit diutius
totus Israëlis exercitus, verum Regem insti-
tuit Amri principem militæ, urbemque
Thera obseedit, in qua erat Zambri, qui vi-
dens se usurpatam dignitatem tueri non pos-
se diutius, domum regiam incendit, ipse-
que cum ea igne consumptus est.

Amri

Anti hic pacifice ne post Zambri dominatum in Israel exercuit?

B. Pacificice duodecim regnavit annos, post quos Achabo filio reliquit imperium.

Fuitne Achab majoribus suis ulla in parte moderatior?

B. Majores suos omnes flagitiis omnis generis antecessit.

Fuitne quisquam, qui insitam Achabo impietatem magis promoverit, atque auxerit?

B. Jezabel impliissima famina filia Ethbaal uxor illius, ex malo marito pessimum fecit; quapropter cum Deus trienni puniit agrorum siccitate.

Quis Achabo siccitatem hanc prænunciavit?

B. Elias Propheta, quem ut a siccitate defendere: Dominus, ad torrentem Carith deduxit, quo ad eum quotidie mane, & vesperi corvi panem, & carnem deferebant, potum autem ei abunde torrens suppeditabat.

Exsiccatu paulo post fonte, quo se contulit Elias?

B. Surrexit de loco illo, & abiit in Sarepta Sidoniorum in domum viduæ cuiusdam, atque ibi commoratus a bona scemina toto sterilitatis tempore paululo olei, & farina sustentatus est.

Nonne dicitur aliqua in ejus viduæ domo Elias patrascit miracula?

B. Duo insignia miracula patravit; altero effectit, ut paululum olei, ac farinæ, quod reliquum habebat vidua, assiduo usq; numquani toto egestatis tempore imminueretur; altero vero pia scemina mortuum filium videlicet restituit.

Cum viduæ illius uteretur hospitio, quis animus Achabo, & Jezabeli?

B. Euna

B. Eum inquirebant diligenter, ut morte multarent.

Quid tum Elias?

B. Iussu Dei ad Achabum venit, ut suabata fame ejus iram leniret. Susluit autem famem imperata precibus pluvia.

C A P U T X.

Elias sacrificium, lib. 3. Reg. cap. 18.

Fuga, cap. 19.

Anno Mundi 3098.

Elias, antequam pluviam impetraret e Callo, nonne prius ignem inde vocavit in terram?

B. Ita est. Cum enim populum retrahere niteretur a cultu Idoli Baal, hanc cum Sacerdotibus conditionem pastus est, ut alterum illi bovem, alterum ipse seorsim in frusta cedrent, lignaque subjecerent, nec tamen ignem admoverent, & quorum sacrificium esset ab igne coelesti absumptum, corum Deum verum esse utraque pars fatigatur. Ab utrisque paratum est sacrificium, sed solus Elias bos divino est igne consumptus; quare totus populus verum Deum adoravit, traditis ad necem omnibus Pseudopropheticis Baal, & ab ipso Elias occisis ad quadringentos, & quinquaginta.

Quo tulit animo Jezabel horum Pseudoprophetarum mortem?

B. Nimio furore agitata Jezabel Elias significari jussit, fore, ut brevi id sustineret, quod in Prophetas Baal auffus esset.

Quid his auditis Elias?

B. Fuga vita sua statim consuluit, & in eternum secessit, ubi cum fame prepe, ac

G sit;

sit enim ratiū vita cepisset, sub umbra juniperi obdormivit.

Quid ei accidit per quietem?

B. Ab Angelo excitatus semel, & iterum ex pane subcinciricio, & vase aqua oblatis comedit, & ambulavit in fortitudine cibi illius noctibus, ac diebus quadrangita, donec ad montem Dei Horeb pervenit, ubi Dei vocem audivit.

Quid ei divina hac voce denunciatum?

B. Placere Deo, ut Damascum veniret Elias, ungeretur Azaelem in Syriae, & Iacob in Israeli Reges.

Cum eo pergeret, quis ei in itinere forte factus est obvius?

B. Elias, cui ab aratro submoto pallium Elias suum imposuit. Quæ res Iacob ad Elia sequenda vestigia excitat, ut ex duodecim boum jugis uno mandato, datisque carnibus populo comedendis, ac parentibus valedicto, Eliam secutus ei deinceps ministravet, atque ab ejus numerum amplius latere discesserit.

C A P U T XI.

Josaphat Rex Iuda, lib. 3. Reg. cap. 21.

Mors Achab, cap. 22.

Anno Mundi 3105.

Quis tum Rex erat in Iuda?

B. Josaphat, qui imperare coepera post obitum Asa patris; cuius vita multis fuerat in Deum flagitios, atque in homines criminibus permixta.

Josaphat eodem ne erga Deum ingratissimo vicio, quo Asa laboravit?

B. Absit; tanta pietate prædictus fuit,

ac re-

ac Novi Testamenti.

99

ac religione, ut cum sanctissimis, qui in Iuda imperarint, conferri Regibus possit; atque hujus pietatis ergo effectum est, ut prospere ei omnia contingent, tunquam domi, tum quæ belli agerentur, omnibusque finitimus principibus metum incuteret.

Eratne Josaphat & Achabo timoris causa?

B. Et Achabo terribilis erat, qui tandem impietatis sua penas persolvit.

Anno Mundi 3107.

Quodnam facinus ultimum fuit, quo tandem Achabi iniuriantes ita completa sunt, ut differre Deus supplicium ultra noluerit?

B. Mors injustissime inflicta Naboth.

Quid impunit Achabum; ut immoxium hominem e vivis tolleret?

B. Habebat scilicet Naboth iste vineam prope domum Achab in Jezrahel. Postulavit Achab ab eo, ut eam sibi venderet, vel cum meliore commutaret. Excusat ille ea animi moderatione, qua debuit, sed quantum Achabo minime est satisfactum; immo ex hoc valde contristatus incenatus se in legum recepit, ex quo sciscitata causam Jezabel falsi criminis accusatum Naboth lapidibus obrui iulit, atque ita vineam abfudit.

Cessitne id Achabo impune?

B. Non tulit id Dominus, sed Eliam misse, ut ei pranunciat fore, ut canes lambenter sanguinem Achab in eodem loco, in quo Naboth occisus istud prebuerat pabulum; nec dissimilem Jezabelis exitum futurum.

Quid tum Achab?

B. Divinam ultionem imminentem reverens penitentia facinoris duxus efficit, ut

G 2 p. 114,

pena, quam sibi fuerat Dominus cōminatus, ad filium suum regni successorem transferretur. Nihil ergo mirum, si Achabo non acciderint, quæ Elias Deo revelante prædixerat. Hæc enim dicta ita intelligenda sunt, ut pote futura, nisi ageret pœnitentiam; fuit enim Prophetia hæc non prædestinationis, sed comminationis, non absoluta, sed conditionata.

Quis ergo virtus Achab exitus fuit?

R. Mortuus est in prælio contra Regem Syriae iusto. Cum enim Rex Syriae Ramoth Galad occupatam restringeret, Achab sociate inita cum Josaphat Rege Iudeæ bellum adversus Syriae Regem suscepit. Junctis ergo armis consulunt primum quadringentos falsos Prophetas, qui omnes una voce faustum præliti exitum spéonderunt, frustra licet clamaret vocatus a Josaphat vetus Dei vates Michæas, qui dispersum dixit videre se Deo inspirante exercitum Israelis. Tulit id ægerrimo animo Achab, & carcere Michæam inclusit, ut parta victoria domum rediens malum augurem morte multaret. Non rediit tamen, sed sagitta vulneratus inter pulmonem, & stomachum misere interiit, quo regnavit Ochozias.

Diu ne regnavit Ochozias?

R. Cum duos tantum annos tenuisset Israelis imperium, de fenestra cecidit, & ex eo lapsum mortuus est.

Quid interim Josaphat Rex Iudeæ in dicto bello Achabi socius?

R. Josaphat ex infelici prælio reversus in columnis in pace quievit, regnavitque ejus loco Joram filius.

C A P U T XII.

Pueri igne consumpti, lib. 4. Reg. cap. 1.
Elias raptus in Cælum, cap. 2. Pueri ab urbis devorati, ibid. Miraculum olei ab Eliaso patratum, cap. 4.

Anno Mundi 3108.

O Chozias Rex Israel iratus Eliæ dicitur ad eum mississe quinquaginta milites, ut eum ad se adducerent, quid hac in re accidit singulare?

R. Quinquaginta milites semel, & iterum ab Ochoziam missi igne exaltis demissio consumpti sunt. Idem & tertio aliis accidisset, nisi tertio missus militum præfetus moderatione sua a Propheta obtinuisset, ut secum ad Ochoziam descendenter, & libera voce eam prænunciaret mortem, quam prius per internuncios absens eidem denunciaverat.

A morte Ochoziae quid in Eliæ novum accidit, & ante eam diem inauditum?

R. Igneus currus repente conspectus est, a quo in Cælum raptus est, vidente Elisæo, cui paulo ante & pallium, & duplicum spiritum suum tradiderat Elias, ut eum post se & in Prophetæ, & in miraculorum gratia successorem, & quasi hæredem relinqueret.

Quo arguento statim post Eliæ raptum immotuit, Eliæ spiritum ad Elisæum pervenisse?

R. Tum primum immotuit, cum Jordanem sicco pede transvivit, dissecatis aquis Eliæ pallio, cum aquas Hierico immisso sole sanavit, ac terra sterilitatem avertit; cum denique in pueros sibi irridentes, quod cal-

vus esset, ursos immisit, a quibus quadrigina duo ex illis sunt devorati.

In gratiam vidua cuiusdam dicitur Eliseus miraculum quoddam patrasse, quale hoc fuit?

R. Vidua quedam, cum duos tantum haberet filios, eosque creditores ad se raporent, ut servitio et alienum distollerent, cumque illa & solvendo non esset, & filii orbari dure admodum ferret, Eliseum rogavit, ut sibi in tanti angustiis adesset.

Quid tum Eliseus?

R. Parum olei, quod vidua in domo erat, adeo auxit, ac multiplicavit, ut & usi viduae multum superfuerit post sollemnem premium redemptionis filiorum, quod ex oleo divendito resulerat.

C A P U T XIII.

Nahaman sanatus, lib. 4. *Regum cap. 5.*

Obsessio Samariae, cap. 6. *Prophetia*

Elisei, cap. 7.

Anno Mundi 3110.

Nahaman Syrus dicitur Elisei opera a pena fuisse mundatus, quantum id coegerit ratione?

R. Nahaman lepra pereussus commendatiis acceptis a Benadad Syria Rege litteris ad Regem venit Israelis, ut a lepra sataretur. A Rege Israel ad Eliseum missus Iesus est lavare se in Jordane septies. Ex pena lotione saluti est restitutus. Reversus ad Eliseum munera ei obulit, quae repulit Eliseus, sed ea, inscio, invitoque Domino, accepit Giezi servus, qui propretra lepra pescus est. Nahaman falsorum Nomi-

num deinde cultum absecit, & cum tota familia religionem Judaicam professus est.

Quidquam ne praeterea mirabile ab Eliseo gestum est?

R. Et alia fecit multa. Nam imprimis ferrum securis, quod uni e filiis Prophetarum ligna secantibus fecerat Jordanem e manibus exciderat, aquis immersum Prophetae justu super aquas natavit, illique restitutum est. Deinde, cum ad eum capiendum a Syro Rege missi milites essent, sic Deus ope eos Eliseus excavat, ut eos in medium Samarium adduxerit.

Fames sub haec tempora dicitur ingens fuisse in Samaria, quoniam modo sublata est?

R. In obsidione Samariae, quo tempore urgente fame vel filios matres comedederunt, tenebat omnes luctus, ac squalor ingens Israelitas; ursus Eliseus, cui notum erat, quid Deus facturus esset, consolatus est populum, prænuntians futurum, ut die crastina subsequente modius simile pre copia uno statere venderetur.

Estne id impletum, sicut Prophetæ prædicterat?

R. Ita sane. Nocte siquidem illa subito timore divinitus Syris incusio, relictis omnibus, se fugæ dederunt. Accurrit statim populus ad Syrorum castra vacua militibus, prædaque onustus reddit in urbem; ubi dux quidam, qui Regi assistens Elisei prædictiōnem irriserat, a populo de urbis portis erumpente ad prædiam concinlocatus interierit, ut ei fuerat a Prophetæ prædictum.

Quis sub haec tempora regnabat in Israël?

R. Joram secundus Achabi filius, quem narrat Scriptura impium fuisse, multo ta-

men minor, quam parentes Achabum, & Je-
zabel, admississe flagitia.

Quid primum omnium gessit Joram?

B. Bellum gessit cum Josaphat adversus
Moabitas, quod tributa pendere renderent,
qua antea Achabo Patri suo solvere confue-
verant.

Quis in hoc bello superior evasit?

B. Josaphat, juxta id, quod ei ante fu-
rat ab Elisa significatum.

Vixit ne diu Josaphat post hanc victo-
riam?

B. Paulo post obdormivit in Domino,
cum annos quinque supra viginti imperasset,
& filium nomine Joram regni, non tamen
pietatis sua, reliquit heredem.

Quid primum omnium gessit Joram, quo
impietatem prodidit suam?

B. Omnes primum fratres suos, qui sex
erant, occidit, ut solus tuto regnaret; ac
deinde in omnibus imitatus est scelera Re-
gum Israel, quorum impietatem sequavit.

Ulla ne calamitas impio accidit Regi pro-
pter hujusmodi crimina?

B. Percussit eum Deus morbo insanibili,
ita ut viscera egereret, filios quoque ejus
omnes occidit per Philisteos, & Arabes,
unico excepto Ochozia, qui, licet natu mi-
nimus, ei succedit; idque in paenam talio-
nis, ut, sicut ipse fratres occiderat suos, sic
& filii ejus occiderentur. Nec tamen fla-
gellum hoc gravissimum quidquam Joram
commovit, sed obstinato animo in impieta-
te permanxit, atque obiit, cum octo regnaf-
set annos.

Ochozia ad regnum evesti quanam pri-
mum fuere consilia?

B. Id primum statuit, societatem intre-
cum Joram Regem Israel contra Azaclem;

quod

quod hic Benadad Syriae Regem interemis-
set, ejusque regnum occupasset.

Quis pugnae, ac belli totius exitus?

B. Infelix exitus sociorum Regum armis
contigit, quoniam Joram a Syris vulneratus
est, Ochozias vero canere receptui coactus
est. Joram deinde in campo Naboth a Jehu
sagitta percussus interiit, ejusque cadaver
inhumatum juxta Eliae vaticinium, quod de
Achabi domo pronunciarat, canibus pibul-
ium præbuit; Ochozias vero & ipse, dum
fugeret, interemptus est, ejusque corpus Hie-
rosolymam delatum.

Demortui Joram Regis Israel locum quis
tenuit?

B. Jehu, qui a puero Elisei uncus est in
Regem iusli Dei, eo mandato divinitus ac-
cepto, ut statim atque Israeliticis habens
tractare cœpisset imperii, Achabi familiam
maximis flagitiis infamem penitus deleret.

C A P U T XIV.

Jezabel a canibus voratur, lib. 4. Reg. cap. 9.

*Mortuus ad vitam revocatur,
cap. 13.*

Quid a Jehu factum adversus Jezabem?

B. Cum Jehu veniret in Jezrael, Je-
zabel introitu ejus auditio depinxit oculos
suos stibio, & caput ornavit, ac per fene-
stram respexit. Cum eani vidisset Jehu, eu-
nuchis tribus præcepit, ut eam e fenestra
præcipitem agerent. Præcipitem egere, af-
persus est iniquissimo cruento paries, & equo-
rum ungulis cadaver infame calcatum. Inde
justum est humo infecta obrui, sed profecti
ad id prestandum regii ministri solam calva-
riam, pedes, ac lumbas invenere manus,
quod,

quod, iuxta Elie vaticinum, canes reliquum corpus vorasseant.

Interfecta Jezabele alium ne quemquam ex familia Achab Jehu Rex iussit occidi?

R. Iustit interimi & 70. filios Achab, qui apud optimates Samaria nutritiebantur. Occidit quoque universos optimates, nothos, & Sacerdotes, ut nemo residuus ex ea familia esset in Israele. Similiter & quadraginta duos Ochozia fratres in Samaria, qui venerant, ut ex ejus manibus erigerent filios Achab, aut nepotes, qui omnes perirent. Nec peperit Sacerdosibus Baal; sed omnes ad faciun, quod facere se velle simulaverat. advocatos iussit e medio tolli, eventique simulacrum Baal, templumque ejus in publicas latinas commutauit.

Quanam mercede zelus hic Jehu Regis, ac premio donatus est?

R. Pro egregio hoc facinore promissum est ei regnum usque ad quartam generationem; verum, quia & ipse in Idololatriam lapsus est, delevit, quia fecerat usque ad id temporis gloriose, mortuusque est inglorius, cum viginti octo regnasset annos, relictus post se Joachaz filio, & imperii herede, qui non minus, quam Pater, Idola coluit.

Quid sub hac tempora de Athalia in sacris literis habetur?

R. Athalia Ochozia mater, femina, si quæ alia, regnandi cupidissima, semper omnem regnum extinguens, præter Joas, qui ejus funeri subtractus est, Regnum sibi Iuda usurpavit, ac septem tenuit annos. Quibus elapsis Joachadæ Pontificis opera Joas puer septennis filius Ochozia in Regem Iuda ungitur, atque ejus Athalia occiditur.

Pie

Pie ne, ac sancte Deum coluit, ac populum rexit Joas?

R. Annos quadraginta regnavit iuste, ac pie, quamdiu scilicet vixit Joachadæ Sacerdos, qui cum ad regnum evexerat, sed postmodum majorum suorum impietatem imitatus, occiso Zacharia Propheta inter Templum, & Altare, a suis, Deo ingratus ejus animum diutius non ferente, occisus est, & in ejus locum Amasias filius est subrogatus.

Cur lapidibus a Joas obrutus est Zacharias?

R. Quod ea, qua pars erat, libertate pius Propheta & eum, & aulicos ejus eo nomine argueret, quod a patria religione ad Idololatricam impietatem deficerent.

Nonne sub hoc tempore vita cessit Eli-sæus?

R. Mortuus est, ac sepultus sub hoc tempore Elisæus, ad cuius ossium contactum homo mortuus, quem in sepulchrum ejus latriunculi projecterant, vice statim est restitutus.

C A P U T X V .

*Amasias, & Azarias, Reges Iuda, cap. 14.
& 15. Joas, & Jeroboam, Reges
Israel, cap. 14. & 15.*

Anno Mundi 3126.

Cum regnaret in Iuda Amasias filius Joas, quis regnabat in Israele?

R. Joas filius Joachaz.

Quid gestis inique Joas Rex Israele?

R. Cum Amasias Rege Iuda bellum gestit, atque Amasiam devicit, ac cepit, urbemque Hierosolymam spoliavit,

Diu

Diu ne Amasias in hac captivitate detenus est?

R. Multos annos, sed, mortuo Joas Rege Israel, libertati restitutus, regnavit annos quindecim, contra quem facta est conjuratio, oua cognita, abiit ille in Lachis, ubi interfecitus est, & ad patrum suorum sepulchrum delatus.

Mortuo Amasia quis in Iuda imperitavit?

R. Azarias, sive Ozias ejus filius, cui bella omnia cessere feliciter; gestis autem se in omnibus integre, pie, ac moderate, verumtamen Excelsa non est demolitus; ideoque tota vita lepra percussus domum liberam feorum incoluit, palatique gubernationem, & populi judicium Joathan filio demandavit, qui in omnibus parentis sanctissimi vestigiis instituit; in eo tamen etiam, quod malum erat, patrem imitatus, quod non sustulerit juxta divinam legem Excelfa.

Quot annos regnavit Ozias hic, sive Azarias?

R. Annos quindecim, ac filium post se reliquit nomine Achaz, regni quidem, sed non pietatis haeredem, quoniam in Hierusalem iterum Idolorum cultum induxit.

C A P U T XVI.

*Achaz Rex Iuda impiissimus, lib. 4.
Reg. cap. 16.*

TUlit ne impune Deus Achaz Regis impietatem?

R. Iratus Achaz Regi Dominus, quod Ethnicorum more filium suum per ignem transferens consecrasset, aliaque multa perpetrasset crimina, immisit in eum Reges Syriae, & Israel. Vocat Achaz in auxilium, dato ingenti auri, atque argenti pondera,

Te-

Te glaphalasar Assyriæ Regem, qui Syriam vastat, & Israelem. Paulo post moritur impie Achaz, & ejus loco regnat ejus filius Ezechias.

Quinam Reges Israeli præerant, cum hi Reges regnarent in Iuda?

R. Mortuo Joas regi Israel, de quo capite præcedenti, suffectus est Jeroboam alter, priorem alterum in iniuriate imitatus. Huic succedit Zacharias, Zachariae Sellum, huic Manahen, isti Facejas, Facejae Facee, cui Osee privatus homo coniuratione facta regnum ademit, quod antea Facee ipse occupaverat.

Osee huic bene ne sua cessit impietas?

R. Cessisset, nisi adversus eum insurrexisset Salmanasar Assyriæ Rex, qui devictum Israel sibi fecit vassagalem.

Æquo ne animo tulit id Osee?

R. Quin conatus est, quantum potuit, & suis, & Ægyptiis armis Assyriacum hoc jugum a suis, & populi cervicibus excutere. Verum, cum Salmanasar iterum contra Osee expeditionem suscepisset, Samariam obsedit, Israelitas perdidit, & in Assyriam captivos deduxit, missis Assyriis, qui Israeliticam terram excoolerent. Quæ res & Israeliticum regnum, & nonne ipsum ita delevit, ut nulla deinceps harum decem Tribuum in Sacra Scriptura mentio fiat, cum ab ea captivitate numquam in posterum ad patrias sedes redierint.

Quot ergo annis regnum Israel definitur?

R. Annis ducentis quinquaginta quinque.

Pares ne calamitates alterum Iudeæ regnum tenebant?

R. Post mortem Achaz, de quo supra,

cœ-

110 Historia Veteris,
cœpit Indæ Regnum in Ezechie imperio ali-
quantulum respirare , atque in dies spem
concipere meliorem .

C A P U T XVII.

Rex Ezechias , lib. 4. cap. 18. Clades Senna-
cherib , cap. 19. Ezechias salutis restitu-
tus , cap. 20. Manasses , cap. 21.

Anno Mundi 3265.

Qualis Rex Ezechias fuit ?
¶. Patri omnino dissimilis , idest ju-
fus , ac pins , Assyriacum depulit jugum ,
Philistros percussit , absulit Idola , serpen-
tem ipsum ænem jussa Dei construcum
combussit , quod Idololatriæ esset occasio .

Anno Mundi 3291.

Nonne Sennacherib Assyrus aduersus Ez-
chiam innuneras copias eduxit ?

¶. Eduxit , & omnes ferme Iudeæ urbes in
ditionem suam rededit . Confugit propterea
ad Isaiam Prophetam Ezechias ; Isaia &
ipse Deum orat , & Regem monet , ut Deo
resi totam precibus , jejunisque commi-
cat . Oravit Ezechias Dominum ; audita est
deprecatio , & descendit Dei misericordia per
Angelum Domini , qui nocte una centum
octoginta quinque millia hostium interfe-
cit . Rex autem Sennacherib ad Idolorum
suorum templum fugiens , a filii suis e vi-
vis sublatus est .

Ezechiam bello liberatum quanam cala-
mitas obruit ?

¶. Lethali morbo est confictatus , ex quo
tamen convalescit trium dierum spa. i) , sicut
præ-

ac Novi Testamenti . 111
prænunciaverat futurum Ifaias , & morbo
levatus quindecim annos adhuc supervixit ;
cui Manasses est substitutus in regnum , cum
duodecim esset annorum .

Patris ne vestigiis institit?

¶. Inio tam alienus fuit a patris pietate ,
ut nullus Rex eo unquam fuerit projector
in omni genus impietatis .

Quibus præcipue criminibus in sacra no-
tatur historia ?


¶. Idolorum primum cultum in Iudeam
revocavit , filium suum per ignem traduxit ,
obseruavit auguria , & Pythones , sanguinem
multorum fudit .

Punitus Deus hæc tam multa crimina Ma-
nassis .

¶. Suscitavit adversus eum Assyria Re-
gemi , qui eum captivum catenæ vincitum
Babylonem adduxit , qua quidem calamite-
te experitus ad meliorem frugem conver-
sus est , & lacrymis , jeuniis , precibusque
a Deo libertatem recepit , ac sceptrum , sed
paolo post e vivis excelsit .

Quis ejus loco regnavit ?

¶. Amon filius , qui securus patrem pec-
cantem , non est deinde securus poenitentem .
Quapropter a Deo derelitus , a servis suis
interfectus est post duos regni annos , reli-
go imperii hærede Josia filio .



C A P U T X V I I I .

Josia pietas, lib. 4. Reg. cap. 22. *Joachaz*,
cap. 23.

Anno Mundi 3369.

Qui mores fuere Josia Regis?
¶ Cum regnare cœpit anno etatis
sue decimo octavo, jam tum incredibili
cœpit pietate florere. Idola-combusit, Excelsa
fustulit, fodus cum Deo & suo, & populi
nomine renovavit.

Quot annos regnavit?

¶ Unum, ac triginta, quibus elapsis &
vitam Deo suo relixit, & filio Joachaz re-
gnum inter liberos natu minimo reliquit.

Nonne Joachaz Regno spoliatus est?

¶ Nimirum ab Ægypti Rege Necho, qui subactis Asyriis, vicit ingressus Hieru-
salem eundem secum catenis vincitum, con-
stricatumque duxit in Ægyptum; cuius re-
gno Eliachim ejusdem fratrem suffecit, quem
Joachimi nomine nuncupavit.

Quanto tempore Regnum obtinuit Joachi-
mus?

¶ Duodecim regnavit annos, quo tempo-
re se in omnium flagitorum cœnum ingur-
tavit.

Nonne Jeremias Propheticos libros accep-
tit, qui ejusdem calamitates prædicebant?

¶ Sed cultro scissos, discriptosque igni
tradidit comburendos.

C A P U T X I X .

Hierusalem obsidetur, 4. Reg. cap. 25.
& Joachim catenis solvitur.

Anno Mundi 3369.

Quānam calamitate Joachim oppressus est?
¶ Anno quarto regni ejus Nabuchodonosor ad Hierusalem obsidendam venit;
Regemque hunc plane calamitosum in pote-
statem recepsum catenis oneravit, captivum-
que Eabylonem perduxit, ex quo tempore
numerandi sunt anni captivitatis.

Nonne inde in libertatem vindicatus est?

¶ Sed frustra: cum enim post trium an-
notum spatium defecisset, a Chaldeis ca-
pius, intersectusque jacuit sine honore se-
pulchri.

Quisnam in Joachimi regnum succedit?

¶ Jechonias ejusdem filius, qui Patris
suī scelera facile exquavit.

Quid tandem illi mali accidit?

¶ Ab Rege Nabuchodonosor captus Ba-
bylonem ductus est una cum matre, uxore,
filiiisque suis, quem pariter fecuti sunt Au-
lia Regis viri Principes, decimæ mille ex
Hierosolyma. Tunc temporis Nabuchodonosor
omnes Templi thesauros deprædarí cœ-
pit, & inde omnia vasa sacra, quæ Salo-
mon condiderat, aportare.

Mortuo Jechonia, scite velim, quisnam
ei suffectus fuerit.

¶ Sedecias Rex omnium facile dissolutis-
simus. Is inter scelera assidue vixit Jeremiæ
mouitis, præceptisque neglectis.

Quid interim populus? Estne tam pravi
Principis nefaria imitatus scelera?

R. Utinam vero non: nam omnium se vitium labe contaminavit, Prophetis interim omnibus, a quibus arguebatur, detestabili insolentia lusitibrio habitis.

Quid interim Deus? vindicavitne populi sceleris?

R. Nabuchodonosorem in Israëlitas immisit, qui, cum nihil aliud, quam sibi illatas ulcisci vellet injurias, re tamen vera Deum ultus est.

Quid ergo præstit Nabuchodonosor, quo sese ulcisceretur?

R. Hierusalem obsedit, redactisque post biennium civibus ad summam inopiam, urbem vallo munitam magnâ vi aggrediens est.

Cum Sedecias tot sibi cerneret undique impendere calamitates, quid tandem consilii cepit?

R. Per secretioris ejusdem vici portam fugiens salutis suæ consulere statuit; sed eum acriter infecitus Nabuchodonosor, tandem miserabiliter est asseditus.

Quid deinde illi factum est?

R. Regi Babylonis continuo fessitur, qui, quod contra hunc principem Deus arcane iudicio decreverat, sine mora est exercitus. Igitur quos Sedecias habebat, duos charissimos filios coram ipso interfici Nabuchodonosor jussit; ac mox ipsum, eritis oculis, vincum, onustumque catenis Babylonem adduxit. Hinc Nabuzardan in Hierusalem missus, ut eam funditus everteret, captivos ciues omnes inde deduceret.

Ergone Judæi captivi facti sunt?

R. Fere omnes, atque universum etiam regnum Judæa fere deletum fuit.

Quoniamque hæc captivitas perduravit?

R. Septuaginta duravit annos, prout nimirum Propheta predixerat.

Quis-

Qui nam Hierusalem incitum, ruinamque prædixerat?

R. Sanctissimus Propheta Jeremias, qui ceterorum civium misericordiam conditionem non est secutus; nam cum Nabuchodonosor in gratiam restitutus ab ipso facultatem accipit eligendi sibi, quemcumque libuerit, Iacobum in domicilium; & cum posset Babylone vicam quietam, tranquillamque sine ultra perturbatione traducere, maluit in Iudea remanere, ut qui ibi reliquus erat, populum solaretur.

Quenam vero ibi præcipua ejus cura fuit?

R. Optimis Godoliam præceptis, consiliisque informavit, quem Nabuchodonosor illi populo præficerat, quem in Judæa reslinquebat.

Profectio Godolias optimis Jeremias institutis?

R. Non ita; neglexit enim, quidquid de Ismaelis conspiratione docebatur; ex quo factum est, ut una cum suis sociis ab Ismaele homine plane seditione interficeretur.

Interfecto Godolia, quidnam consilii ceperunt ceteri Judæi, qui in terra Judæa supererant?

R. Timore petteriti, ne Rex Babylonis, Godolia morte audita, contra ipsos ira incenderetur, quo incolumenti suæ consulenter, fugam Ægyptum versus suscepserunt.

Hujusmodi consilio obstinatim Jeremias?

R. Quin etiam edixit, nullam illis eventuram prouersus calamitatem, si in Judæa remanerent; contra vero omnino ipsos perituros, si in Ægyptum proficiscerentur. Quibus Jeremias dicit nullam illi fidem habuerunt, sed in eo obstinata voluntate persisterunt, ut in Ægyptum fese reciperent.

H 2

Quid

Quid ergo egerunt Propheta Jeremias, & Batuchi?

¶. Ut viderunt, nullo eos consilio a sua sententia dimoveri posse, maluerunt eos sequi, quam deserere.

Quid regionem illam ingressi prædixere?

¶. Regem Babylonis, sicuti paulo ante Iudeam everterat, ita brevi Ægyptum delegatum.

Quisnam Nabuchodonosori successit?

¶. Evilmerodac ejusdem filius. Hic Joachimum Iudeorum Regem, quem Nabuchodonosor ante Sedeciam postremum eorum Regem captivum duxerat Babylonem, in libertatem restituit. Ita infelix iste, & calamitosus Princeps post septem, & triginta duræ captivitatis annos tandem hujuscem clementissimi Regis insigni beneficio e carcere emisus est.

Libri Tertiū, & Regum historia Finis.

HISTORIÆ SACRÆ

LIBER QUARTUS.

Epitome Historiæ cæterorum Librorum
Veteris Testamenti.

CAPUT I.

*Cyrus Rix, i. Esdræ cap. i. Hierusalem
reficitur, cap. 2.*

Anno Mundi 3468.

His ita constitutis, quid Iudeorum geniti accidit?

¶. Explata supremi Numinis ira, transactisque septuaginta, quos statuerat annis, id Deus indulxit, ut Cyrus universis ad Orientem positis regionibus poteret, dirutamque Hierusalem, & æquata solo mœnia reficeret.

Quænam vero Cyrus Iudeis contulit beneficia?

¶. Ut quisque in regionem suam rediret, permisit: reversique sunt domum quadraginta mille sub Zorobabelis imperio. Quo cum petverissent, Templi fundamenta jaceret cœperunt.

Nemone eorum consilio adversatus est?

¶. Nimirum solus Samarie populus inventus est, qui eorum opera conaretur retardare. Cum enim invidius eorum gaudium

H 3 ferre

118 Historia Veteris,
ferre nequicquam posset, Principes pellexit,
movitque contra Iudeos, eorumque adiicia
in annum secundum Regni Darii Hyrcaspis
protraxit.

Darii regno perdurante persistenterunt Ju-
dei in susceppta reficiendi Templi Hierusalem
cura?

¶. Huic negotio naviter operam dederunt,
Zacharia, & Aggeo Prophetis ita studemis-
bus; cumque Darius omnia, que ad sum-
prias necessaria erant, liberaliter suppedita-
ret, quatuor annorum spatio divinum suscep-
tum opus perfectum est.

A quibus sub hac tempora Israelitæ rege-
bantur?

¶. Parchant iis ducibus, quos ex Israeli-
tica gente natos ipsis Persarum Reges præ-
siebant. Hinc a soluta statim captivitate
præfuit Israelitis Zorobabel, deinde Es-
dras, ac Nehemias.

Quinam hoc tempore fuere Pontifices?

¶. Cum Sarax Pontifex capta Hierosolyma
a Nabuchodonosore cum ceteris civita-
ris Principibus fuisse occisus, Josedecl illius
filius translatus Babylonem illic Pontificem
egit toto captivitatis tempore usque ad Cy-
rūm.

Quis huic Josedecl sufficitus est?

¶. Josue, seu Jesus filius Josedecl. Hic
cum Zorobabele Iudeos e Babilone in Hieru-
salem sub Cyro reduxit. Josue demortui
locum tenuit Joacim filius sub Dario Hyrcaspis,
& Xerxe. Joacim extinto successit Elia-
sib filius sub Artaxerxe Longimanu; Eliasib
filius Jojada sub Dario Notho Longinani
filio. Jojadæ Jonathan sub Artaxerxe Mne-
mone Darii Nothi filio. Jonathani Jad-
do, sive Jeddoo, qui Alexandro Macedoni
Hierosolymam venienti factus est obviam;

in qua

ac Novi Testamenti. 119.
in qua tempora libri Machabæorum inci-
dunt.

C A P U T II.

Tobias uidendi sensu orbatur, Tob. cap. 2.
Eius filius ab Angelo ducitur, c. 5. Et ipse
lumen oculorum recipit, cap. 11.

Anno Mundi 3286.

UNDENAM erat vir omnium virtutum ge-
nere, & insigni illustris sanctitate To-
bias?

¶. Natione Iudeus erat de Tribu Nephtha-
li. Hunc ab infancia summa fulle sapientia
prædicunt, nihilque inquam in tota vita,
quod puerile exatem fageret, præstulisse,
facia reserit historia.

Quodnam vero præcipuum ejus studium
fulle dicitur?

¶. In eo polissimum totus sapientie traditur,
ut inquit eximiata erga concives suos exer-
ceret charitatem, qui in Assyriorum potesta-
te erant, eis pro viribus opem ferendo, &
corum corpora sepeliendo.

Quo tandem fato oculis orbatus est?

¶. Cum quadam die condensid mor-
tuorum corporibus jam defossis juxta parie-
tem decubuerit, forte accidit, ut illi dor-
mienti calida hirundinum stercore in oculos
ex alto cadent, ex quo factum est, ut
oculorum lumen amitteret. Quia res tantum
abest, ut ejus animum valuerit perturbare,
deque suo statu dimovete; ut etiam postea
in susceppta patientia, pietatisque curriculo
ferventius persistet, suorum parentum, co-
gnatorumque iurisribus, atque contumelias
assister obnoxius.

Cum tanta , ut narras , in rebus adversis
prædictus fuerit patientia , cur ex hac vita
decedere aliquando in votis habuit ?

R. Hoc vero non cupiit , neque propter
summiam , ad quam redactus erat , inopiam ;
neque rursus propter cætitatis dolorem : sed
iniqua uxoris mordacissimis convicis iacetatus . Cumque Deum vota sua facile auditu-
rum speraret , filium suum , qui tunc annum
ætatis sue circiter vigesimum primum age-
bat , ad se vocatum , præter alia multa ,
huc quoque adiunxit . Gabelum , qui de
sua Tribu erat , decen sibi debere talenta ,
qua illi quondam , cum in magna rerum
omnium penuria esset , commodaverat : qua-
re Rages versus Medorum civitatem iter
ipse suscipieret , quam ille incolebat , atque
aliquem , a quo duci posset , exquireret .

Aliquemne , qui sibi tale officium præsta-
ret , adinvenit ?

R. Vix domo egresso Angelus Raphael
occurrit , qui hominis speciem referens spo-
pondit , se fore illi fideliissimum socium ,
quoadusque totum iter peregisset .

Quid illi post primum itineris diem con-
tingit ?

R. Ad fluvium Tigris forte pedes lava-
bat , cum immanem ad se properare pisces
vidit . Quare timens , ne ejus ipse esca sie-
ret , Deum , hominesque contestatus clamare
cepit . Tunc Angelus eum confirmare con-
tendens , ut anderet , suadebat , squamisque
prehensum animal ad se traheret . Quod
cum Tobias fecisset , in sicco suratus pisces
crebra palpitatione expiravit .

Reliquum iter feliciterne , prospereque con-
ficit ?

R. Utique omnia illi ex sententia succe-
dere : exactis enim decem talentis , & Sara
unica

unica Raguelis filia amplissimo ditata patri-
monio in uxorem accepta , post aliquod
tempus in Patriam reversus est

Quid de sene Tobia ? totone vita suæ
tempore Cæli luce jucundissima caruit ?

R. Non ita : reversus enim ejus filius , do-
mumque ingressus Deum adorans , sicuti An-
gelus monerat , maximas statim gratias
egit , cumque Patri venienti obviam , datis
osculis , salutem dixisset , felle ejus pisces ,
quem ad Tigrem straverat , accepto , ejus
oculos hora spatio restituit .

Quandiu vero Tobias in tenebris perdu-
ravit ?

R. Quatuor annos oculorum luce caruit ,
qua inde , ut diximus , recuperata , quadra-
ginta duos annos in felicissima senectute tran-
segit , quibus tandem completis , cum an-
num ætatis sue centesimum secundum age-
ret , occubuit .

C A P U T III.

*Holofernes , Judith cap. 5. Judith , cap. 10.
Mors Holofernisi , cap. 13.*

Anno Mundi 3348.

Quid memoria dignum contra Judeos Ho-
lofernes peregit ?

R. Centum , & viginti millia peditum ,
& equitum viginti duo millia contra Bethu-
liam duxit ; præcisoque quedam aqueductu ,
quo solo civitas ad explendam sitim uteba-
tur , eis dedendi se intra paucos dies neces-
sitatem imposuit .

Quisquamne repertus est , qui hujuscæ af-
flicti populi calamitatem doloremque leva-
ret ?

R. Una

R. Una fuit excellenti plane virtute mulier nomine Judith, que divino sane consilio duxa Bethulia constantissime exivit, quam cum vidissent eximia forma preditam Holofernis militet, ad suum Imperatorem adduxerunt. Cujus primo aspectu ea Holofernes captus, allectusque fuit, ut amore obsecratus non solum, quidquid illa narrabat, crediderit, sed etiam ad cenam secum invitavit, solamque in suomet cubiculo pernoctare voluerit.

Quid interim Judith?

R. Nullatenus a suo proposito avocata, summaque, quam unice in Deo colloccata, spe confirmata, Holofernem convenie, qui magnum mulieri honorem deferre cupiens, splendidissimo eam convivio accepit, & ipse pra gaudio ebrios factus est.

Quodnam Judith consilium cepit, ne Holofernem somno, vinoque sepultum vidit?

R. Cum inde omnes Imperatores ministri discessissent, ipsaque sola in ejus cubiculo remansisse, videns Regem alto oppremam sorore, ad columnam regi, unde mucro ligatus pendebat, accessit, eductaque et vagina gladio, Holofernis caput duplicitate iactu coma prehensum amputavit, præcisoque Regi leti conopæo idipsum involvit.

Quid inde tanto patrato facinore Judith?

R. Præcimum Holofernis caput ancille sua, quam ad cubiculi portam vigilare jussérat, tradidit; cumque ambæ per media hostium castra tacita transissent, fingerentque se ad orandum in campos pergete, tandem ad urbis Bethulia portas pervenientur, quo tota civitas ipsis venientibus obviam statim confluit, ostensorque omnibus Holofernis capite, urbs tota propter tantam, tamque in-

spe-

speratam victoriam incredibilis latititia, gaudique vocibus continuo personavit.

Qua de causa Judith Holofernisi caput amputavit?

R. Quo populum Israel a potentissimo hoste liberaret, qui, Bethuliam si in potestatem acceperit, universam quoque Judæam in servitutem redigisset.

C A P U T IV.

Aßuerus, Esther 3. Ostenditur persapiens Esther consilium, cap. 4. Mardochæ triumphus, cap. 6. Supplirium Aman, cap. 7.

Quidquam sub Assueri, & Attaxerxis imperio memorabile contigit?

R. Amani Amalecita, & Mardochæ, qui natione Judæus erat historia.

Quoniam ista fuit historia?

R. Cum Assuerus Amanum in summam gratiam accepisset, & ad supremos dignitatis gradus extulisset, omnes, quos in sua dictione concinebat, genua flexere jussit, & Amanum sibi charissimum adorare: quod cum universi facerent, solus Mardochæus regio imperio parere renuit. Ex quo factum est, ut non solum ipse, qui obedire noluerat, sed tota simul Judæorum natio ad mortem Regis decreto designaretur. Quamobrem Amani precibus indulgens Assuerus nimium, jussit, stata quadam die Judæos omnes utriusque sexus, & cujuslibet aetatis interfici. Quo iniquissimo decreto adeo Esther Regis uxor commota est, ut cum summo viuere suæ discrimine regium cubiculum ingressa, tam injusta, ac perniciofa justa coram Rege ipso detestari non dubitaverit. Quo audaci fane consilio tantum profecisse dicitur, ut latum

con-

124 *Historia Veteris,*
contra Iudeorum gentes judicium resile-
rit Assuerus.

Anno Mundi 3496.

Quid inde accidisse narratur?

R. Amanus Regem Assuerum adiisse dicitur, quo ab ipso Mardochæi supplicium impietraret: eum autem cruci affigi cupiebat, quam ipse quinquaginta cubitos altam parati jussicerat. Sed tantum abest, ut Regi tam crudele consilium placuerit, ut etiam Mardochæum regia purpura induatum ab Amano per plateam civitatis equo impositum honoris causa duci jussicerit, quod ex regiis annalibus didicisset servatam sibi pridem vitam a Mardochæo, cum ab Eunuchis sibi Itu-
as insidias detulerat.

Quid deinde Assuerus peregit?

R. Cum Esther hunc Principem de Amani crudelitate, & malitia admonuisset, docuisseque, quibus tandem calumniis conatus esset regium animum contra Iudeos omnes ad iracundiam provocare, iratus Rex jussit exemplo Amanum interfici; cumque quidam ministri, qui Regi tunc de more aderant, dixissent, paratam esse ab Amano in Mardochæi supplicium trabem quinquaginta cubitos altam, statim imperavit, ut ipsem illi cruci affigeretur; & ita unius viri morte pax universæ regioni momento temporis parta est.

ac Novi Testamenti.

125

C A P U T V.

*Job in sterquilinio, Job cap. 1.
Amici ejus, cap. 4.*

Magnam fuisse sanctissimi viri Job in omnibus calamitatibus genere, & invictam patientiam audiui, cedo nunc, quo tandem tempore hoc accidit?

R. Quo potissimum tempore haec historia contigerit, plane obscurum est; probabile tamen est, eam accidisse, dum adhuc Iudei degener in Arabia solitudine, ex Aegypto super digressi.

Qua vero in regione Job natus est?

R. In terra Hus, quæ media est inter Idumæam, & Arabiam. Ibi maximas possidebat divitias, sed nulla earum cupiditate tenebatur. Ut igitur Deus egregiam ejus probaret virtutem, & constantiam, Diabolo eam facultatem permisit, ut eundem omnium malorum genere exerceret.

Quibus igitur malis exercitus est?

R. Una, eademque die haec tristissima omnia nunciata sunt; alteram gregis partem a prædonibus abductam fuisse; alteram vero omnino cœli igne incensam; omnies deum filios suos corruentis domus, in qua congregati erant, ruinis oppressos, & confisos.

Hoc nuncios quo tandem animo Job accepit?

R. Summa plane constantia; in his enim omnibus infortuniis Deo benedixisse, eidemque maximas gratias egisse dicitur.

Quonam alio pacto conatus est Daemon constantiam illius de statu suo dimovere?

R. Cym vidisset, neque rectum amissionem, neque

neque filiorum interitu hujusce sanctissimi viri animum posse quidquam labefactari, a Deo in ejusdem corpus seviendi facultatem obtinuit. Quod utique Deus illi concessit non aliam ob causam, nisi ut Diaboli malitia infringeretur, & Job virtus, ac patientia illucuceretur.

Hac imperata Diabolus facultate, quid egit?

¶ Sanctissimi viri corpori horribilem plagan undeaque infixit, quamobrem ita male affectus diu jacuit in sterquilino. Uxor ejus, qua tamen in tantis malis unicum illi solatium esse debuerat, pessimis suasionibus cognata est ejus patientiam tentando in summa eum inducere desperationem, quod tamen nullo pacto potuit a patientissimo viro obtinere.

Quanam, oro, alia cumulatus fuit afflictione?

¶ Tres ejus amici, quos Reges sacra appellat historia, ad eum invisendum accesserunt, quo nimurum suscepimus propter tam graves ejus calamitates dolorem eidem testarentur; sed tantum abest, ut ejus dolorem aliqua consolatione levarent crudelis amici, ut etiam eum graviter objurgare, atque accusare coepissent ajetes, eum maximis adstrictrum esse sceleribus oportere, quandoquidem Deus justissimus peccatorum ultor tam gravibus eum ponens, supplicisque afficebat. Quod sanctus vir major sanc molesta, quam cetera omnia adversa, tolerasse dicitur.

Quid domum? valuite Diabolus victriam de tanto viro reportare?

¶ Quinimum sanctissimi viri egregia patientia viuis decedere summo cum dedecore coactus fuit.

Non-

Nonne inde Job omnia, que amiserat, recuperavit?

¶ Dei enimvero singulari beneficio, qui sanctos suos numquam deserit, eorumque ne capillum quidem nouum de capite perire finit, primum quidem ad pristinam suam valecudinem, corporisque vigorem est restitutus, deinde vero in rerum omnium summa abundantia collocatus. Post haec vixit centum, & quadraginta annos: altos insuper filios procreavit, quibuscum in uirina vixit fortunae prosperitate; quibus omnibus Deus ejus eximiae patientiae vel in hac vita mercedem repedit.

C A P U T VI.

Isaias Propheta, Il. 6. Jeremias, Jerem. 38.

Baruch, c. 2. Ezechiel, 37. Daniel,
Dan. 2.

Anno Mundi 3219.

Quid de Isaias Propheta facta refert Scriptura?

¶ Omnim Prophatarum principem fuisse tum propter generis claritatem, tum etiam propter pietatem, atque eximiam rerum scientiam futuratum.

Inter ejus Prophetias quanam precipua est, majorique digna consideratione?

¶ Ea nempe, qua narrat, se Deum in maiestate magna vidisse sedentem super solium excelsum, Cherubini undeque se psum, psallentibus canticum, quod ab Ecclesia inter missarum solemnia solet a suspirari. Tam clara Dei visione illustratus Isaias professus est, se labiis nimium pollutum esse, neque os habere, neque linguan sati- di-

dignam ad res, quas viderat hominibus apereendas.

Quid illi insuper coniigit?

P. Dum haec animo, cogitationeque agitaret, unus de Cherubim, ardentissimo carbone de Altari forcipe accepto, tuncisque ejus labiis, eum statim ab omni prolsus macula liberavit.

Quid egit Propheta hujuscem saudissimi ignis ardore purgatus?

P. Cum certo scivit, sibi pura, & mundata labia esse, ulti jam absque ulla tergiversatione ea populo explicare coepit, quem cum Deus loqui jussicerat.

Quo tempore incepit Propheta munus exercere?

P. Anno a creatione mundi 3219. propheticavit per annos centum.

Qua tandem via sanctus hic Propheta ex hac vita decepsit?

P. Rex Manasses eum lignea serra fecari, ac dividi jussit, quo ille lenius, & acribiori cum dolore moreretur.

Anno Mundi 3375.

Hec de Isaia: cedo nunc, quid de Hieremia memoria dignum scriptum legatur?

P. Virum in primis eximia, atque admirabilis virtute preditum fuisse, quippe, cum adhuc in utero matris degeret, sanctificatus fuit.

Cujusnam etatis erat, cum officium prophetandi suscepit?

P. Annum etatis sue decimum quintum agebat anno mundi 3375. inque suscepito curriculo 45. annos perseveravit. Præter alia multa, calamitates, quæ Judixis contingere debebant, multo ante prædictis, quod in

in causa fuit, ut eum postea multifariam infestarentur.

Quid ergo illi mali contigit?

P. Principes Sacerdotum, facta jani contra ejus vitam conjuratione, ad Regem Sedeciam, qui hanc Prophetam valde amabat, conversi facultatem ab ipso petiere Hieremiam in profundam, cœnuque plenam fossam immiscenti. Quod cum petentibus denegare timidus Rex plus, quam par esset, non posset, factum est, ut statim magnum vite discrimine in lutum ab ipsis immergeretur.

Mortuusne inibi est Hieremias?

P. Nequaquam: cum enim quidam Regis minister, Hieremias causa suscepit, tanta injuria indignitatem detestareatur, Sedecias misericordia permotus illinc eum extriahis jussit, ejusque postea studiosus semper, fautorque fuit.

Qualis fuit Propheta Baruch?

P. Vir exitus insigni plane pietate: terrenas etiam omnes pro nihil semper habuit utilitates, quo dignus Propheta Jeremie discipulus fieri.

Nonne ejus scriba missus dicitur?

P. Ita est: socius fuit, insuper & comes omnium laborum, dolorum, & afflictionum ejus, tamdiuque hujuscem Propheta lateris fidus adhaesit, quamdiu per mortem sibi ereptus est, quo deinde mortuo, populum suis doctrinis, ac præclaro suæmet humilitatis exemplo solatus est.

Ezechiel Propheta quanto tempore prophetiz dono usus est?

P. Annis viginti duobus, quorum primi undecim cum Jeremie postremis undecim convenient. Is unus eorum fuit, qui primi cum Jechonia Iudaorum Rege Babylonem

translati fuerunt, qua in regione prædicationis officio functus est apud illos Judæos, quibuscum in captivitatem ductus fuerat.

Quid de hoc Propheta membrabile fertur?

R. Multa illum, eaque occultorum mysteriorum plena vidisse fertur; illud Judæis soudam præceptum fuisse, ne quis hujuscem Propheta initium, aut finem legere ante trigesimum etatis annum præsumeret.

Quænam ejus visionum potissima fuit?

R. Ea nimurum, que ei iterum accidit, cum scilicet divino spiritu in vastissimam solitudinem, eamque aridis mortuorum ostibis refertam ducens, & circum raptus vocem Domini audivit dicentis: Vaticinare de eisib[us] ipsis, & jube os ad os adhaerere, & redire unumquodque ad locum suum.

Quid inde accidit?

R. Ut hæc Dei mandata Propheta est exercitus, ossa hæc inter se connecti, coagmentarique coepérunt, deinde nervis obduci, carnibus obtegi, pelleque distendi; ex quibus perfecta corpora, tantumque non spirantia resultarunt. Super quæ cum, jubente Deo, sanctus Propheta spiritum illum invocasset, cuius insufflatione vitam homo primus accepit, omnia revixerunt, ac steterunt.

Quanam ex stirpe erat Propheta Daniel?

R. Ex Principum Iuda regia domo procedierat. Cum decimum quintum etatis suæ unum ageret, Babylonem ab Rege Nabuchodonosore in servitutem ductus est.

Anno Mundi 3301.

Quo tandem pasto sese ab ejus potestate liberavit?

R. Rex Nabuchodonosor nescio quid noctu somniaverat, cuius non solum interpretabatio-

tationem explicare, sed ne materiam quicdem referre ipse valebat. Cum igitur hæc idem ab Ariolis, Magisque scire contendere, nemo illorum inventus est (quis autem intimes humanae mentis recessus quæc pertinent?) nemo, inquam, inventus est qui hoc illi explicaret. Quamobrem ira incensus Rex, omnes, qui Babylonem incomitabant, sapientes interfici jussit. Daniel itaque, tam crudeli auditâ sententia, cubiculum Regis ingressus tempus dari sibi ad cogitandum rogavit, quo impetrato, ac divinitus interea de omnibus instractus statim Regis somnum, quidque portenderet, aperuit, quo sibi, sociisque suis libertatem promeruit.

Cedo nunc, quale hoc somnum extiterit?

R. Statuam insolitus viderat Nabuchodonosor magnitudinem, cuius caput ex optimo auto conflatum erat: pectus, & brachia ex argento composta: ventrem habebat, & femora ænea: tibias ferreas: pedum autem altera pars erat ferrea, altera vero filialis.

Quid hujus statuae aureo capite significari ajebat Daniel?

R. Aureo capite Nabuchodonosor regnum designatum esse ajebat: hoc ab alio multo angustiore, coque argenteo exceptum iri: hoc rursus ab alio æneo: quod tandem ab alio ferreo regno excipendum, simulque funditus evertendum erat.

Quid insuper memoria dignum fecisse Nabuchodonosor dicitur?

R. Cum statuam auream fieri jussisset altitudine cubitorum sexaginta, & latitudine sex, omnes, qui in sua potestate tunc erant, ad illam adorandam convocabit.

Quidquamne hac in re peculiare accidit?

R. Quidam iniustissimi viri Chaldæi tres

juvenes Hebraeos apud Regem accusarunt, Ananiam scilicet Misael, & Azariam, eo quod Regis statuam adorare noluerint.

Quid ergo eis mali accidit?

R. Rex ad hac maximo furore percitus eos in fornacem ardente ligatis manibus, & pedibus conjici jusit: sed Angelus Domini mediocris stetit inter illos, ignisque vim ita compressit, ut eorum tantum vincula extrens, ne vestimenta quidem attingeret.

Nonne Rex tanto est prodigio commotus?

R. Profecto non parum: eodemque puncto temporis eos e fornace educi voluit, solemnique decreto edixit, ut omnes ejus populi Deum, quem tres illi juvenes colebant, in pesterum adorarent.

C A P U T VII.

Nabuchodonosor in Bestiam convertitur, Dan. cap. 4. Balthasar damnatur, Dan. cap. 5. Daniel in leonum lacum immittitur, cap. 6. Visio Danielis describitur, cap. 7.

Anno Mundi 3434.

Quoniam paēt Nabuchodonosoris superbiam Deus punivissi dicitur:

R. Ab hominum societate segregatus cum bestiis incolentibus sylvas domicilium habere iustus est. Ejus capilli in Aquile plumarum similitudinem creverunt, ejusque ungues quasi ungues avium facti sunt.

Itane toto sua vita tempore vixit?

R. Non ita: cum enim hic Princeps post septimum annum ad se reversus, quam misera conditione esset, cognovisset, oculos statim ad cælum convertit, suorumque peccatorum penitentia tactus singulari Dei beneficis

neficio non solum pristine forme, sed regno insuper restitutus est.

Quid narrat Daniel de Balthassare Nabuchodonosoris nepote?

R. Quod, cum omnibus Regni sui Principibus magnificentissimum parasit convivium, luxuriam impietate, & sacrarum rerum profanatione cumulavit.

Anno Mundi 3466.

Nome ideo Deus iratus est?

R. Adeo nimis, ut, adhuc ipsis coenariis, manus visibiliter apparuerit in superficie parietis tria verba scribens, que, licet ipse ignoraret, nihil aliud, quam ejus mortis sententiam designabant. Cum igitur Balthassar tria illa verba neque legere, neque satis intelligere posset, Danieli, quæ in divinis interpretandis mysteriis maxime excellebat, statim ad se vocari jussit. Hic ad Regem intromisus tria verba, nempe Mane, Thichel, & Pharetr, explicavit. Primum itaque verbum, quod erat Mane, significare ajebat, Deum numerasse dies Regni ejus, qui jam completi erant: alterum, nempe Thichel, innuere, quod ipse in justissima Dei statuta appensus, & examinatus, nimium levis inventus erat: tertium denique Pharetr, Regnum ejus divisumiri, significare, & partim quidem a Medis, partim vero a Persis usurpandum.

Impletane inde sunt hæ Danielis prædictiones?

R. Omnia; cum enim Cyrus potentissimo exercitu Babylonem obsideret, per huminis alveum urbem ingressus est, cumque duo ex ducibus usque ad Regis dominum penetrasset, Balthassarem eadem nocte inter-

fecerunt, qua Daniel eum occisum iri pra-dixerat.

Quid deinde accidit Danieli Prophetæ?

R. Quidam Aulæ regiæ virti Principes, & Satrapæ in ejus necem conspiantes eum apud Balthasiarem, quod latam paulo ante legem de Deorum alienorum cultu violas-sent, accusarunt. Quamobrem Rex impotens ille quidem hisce accusationibus permotus fuit, ut ad bestias Daniel raperetur, in-que leonum lacuni missus dilaniaretur. Sed divino beneficio factum est, ut bestie, na-turali feritate deposita, non ause sint ad sanctum Prophetam accedere.

Estne Rex tam evidenti miraculo com-motus?

R. Ita profecto, ut statim Danielis loco omnes eos bestiis tradi justerit, quorum de-lationibus in ejus vitam conspiraverat, quo simul atque immissi fuere, a leonibus illico dilaniati, disceptique sunt.

Quem fuit Danielis Prophetæ visio?

R. Cum sero in lecto suo recubuissest, vi-dit spatiolum mare quatuor ventorum vi-agitatum, atque turbatum; unde quatuor numerò immanes bestie omnes inter se dis-sidentes ascendebant. Quarum prima erat quasi leona, alasque habebat in similitudi-nem Aquile. Altera Ursi similitudinem ge-rebat trino dentium ordine os circumsepta. Tertia similis erat Pardo, habebatque qua-tuor capita, & alas quatuor super se quasi avis. Quarta deum cætelis tribus terribi-lier ferreos dentes præferebat, & pragrandes, quibus vorabat, & conterebat omnia; habebat etiam cornua decem, surgebatque de medio illorum cornu aliud habens oculos, sicut homo; & ore multa, & admirabilia loquebatur.

Non.

Nonne Daniel hac visione pteritus est? R. Sane permultum: vidit enim insuper Deum in throno maiestatis sue sedesem, longoque sepum Angelorum ordine: quo-rum quendam interrogavit Propheta, ecquid quaror illa bestia significarent. Cui re-spondit Angelus: bestiae illæ regna qua-tuor, seu imperia designant, que e terra consergent. sed curiosus nimirum homo que-sivit insuper, quidnam quartum animal adeo terribile significaret. Cui tandem spiritus: quarta bestia, atque adeo quartum, quod innuit, regnum late dominabitur orbi, am-pliusque erit ceteris regnis, universam ter-ram vorabit, conculcatimque comminuet.

C A P U T V I I I .

Susanna singularis sanctimonia describitur.

Dan. 13. Idolum Baal, Libera-tio
Danielis, cap. 14.

Cujusnam filia erat Susanna?

R. Helice filia erat, & uxor Joachimi.

Quidnam mali dicitur illi accidisse?

R. Duo impurissimi senes ejus amore, & pulchritudine capti ei vim inferte decreve-runt, dum sola in pomaio suo deambula-re.

Quid igitur suscepere consili, ut suam expletent libidinem?

R. Cum vidissent Susannæ puellas e po-mario per posticum egressas, ut ea affer-rent, quæ ad lotionem essent necessaria, convolarunt subito pruriientes juvenilli luxu-rie senes, atque ubi propius accessere, Su-sanna pudorem in hunc modum sollicitare coeperunt. Ecce, o Susanna, hortus iam

clausus est, soli sine arbitris sumus, nullus adeat, cuius oculos timere, ac revereri debeamus. Tui nos amor vehementer inflamat, cuius vim sustinere non possumus. Quamobrem desiderio te nostro facilem, atque obsequenter præbe, tuique corporis facio nobis copiam. Quod si preces nostras, ac vota neglexeris, magno tibi stabit rustica haec, atque inurbana repulsa; eas enim dasib pœnas non almissio criminè, quas ab adulteria leges exigunt, falio a nobis testimonio convicta. Dicemus enim, ac divino invocato nomine sustinendimus, te cum adolescenti miscuisse corpus, & capropter abs te dimisiſſas esse puellas, ne quem haberet nefarior testem adulterii.

Quid ad hæc Susanna?

R. Multo præstat, inquit, puro corpore, atque animo a vobis illatam ignominiam, ac mortem sustinere, quam ut a me Domini vindex manus temerati conjugalis thor, & violatae legis pœnas exposcat.

Senes, ubi sua se frustrari spe agnoverunt, quid cepere consili?.

R. Nam altera die apud populum adulterii ream egerunt. Nefario congressu concubuisse cum illa in pomario hesterno die adolescentem proclamant: & hanc rem non incertis rumoribus, neque alieno se didicisse testimonio, sed oculatos testes vidisse. Credidit delationi huic populus; neque enim suspicari poterat aliiquid falsi dici ab iis senibus ætate, & magistratu gravibus, quibus & judicia, & publicam omnem pridem commiserat administrationem. Quare omnes, auditum seu testimonio, clamant, illam esse suis adulterii convictam, neque recusare posse, quominus subeat oppressa lapidibus legitimum criminis hujusc supplicium.

Sup-

Supplicio ne affecta Susanna?

R. Damnata jam senum testimonio ad patrum supplicii locum Susanna trahebatur; cumque res eo esset progressa, ut actum jam de fama, ac vita illius putaretur, incumbente jam, & conspirante populo ad sumendas pœnas, excitavit Dominus spiritum Danielis adhuc pueri, qui clamore populi compresso, edixit injustum esse judicium, rem proinde totam ad examen, legitimique judicium revocandam. Hæc vox continuit multitudinis impetum, & ad expendendam maturius cautam revocavit. In novo judicio seddit judicaturus Daniel duodenarius, & quo magis esset explorata veritas, senes duos in totidem jussit partes a se in vicem separati, ne quod inter se comminiscerentur communem responsum, accersitus mox alter, rogatusque, sub qua arbore perfecta res esset, sub schino, respondit. Illo dimisso, alterum Daniel ad examen accersit, inquirit ab eo, cujus arboris umbram adulteri ad nefarium opus elegerint; prium arborem accusator senex reponit. Ita suo se accusatores testimonio jugularunt. Patuit enim illorum improbitas, emicuit Susannæ innocentia; idque propterea suppliciū inflatum est senibus, quod ipsi prius Susannæ paraverant.

Post Susannæ historiam refert Daniel idolum quoddam Babylone fuisse, quod in maxima inibi religione esset, ac pretio. Quibusnam sacrifis colebatur?

R. In eo diebus singulis immanes, & inutiles siebant sumptus; in ejus enim cibum impendebantur quotidianè duodecim artabæ similacei panis, sex vini amphora, & oves quadraginta.

Cibus hic cum ab idolo, in quo nihil esset

P. Etsi vitale, comedi non posset, a quibusnam comedebatur?

R. Sacerdotes, qui sane non pauciores erant, quam septuaginta, quibus & uxores, & filii accedebant, sub mensam, ubi convivium hoc idolo insternebatur, introitum sibi ignotum cateris omnibus aperuerant; per quem ad mensam latenter ingressi vorabant omnia, atque insequenti die rese-rato mox templo populo infano persuadebant, omnia illa incibum cessile simulacri. Quis hunc errorum populi, ac sacerdotum fraudem aperuit?

R. Daniel Propheta, spectante Rege, edidit servis suis, ut cibrato cinere totum templi pavimentum conpergerent, quibus peractis, clausum est ollum, & anulo regis ob-signatum. Noctu Sacerdotes, sicut ante soliti erant, per aditum illum eacum ingressi poculenta omnia bauserunt, tculenta omnia vorarunt. Cum albente jam calopri-um affulsiisset diluculum, ut experimento aut veritatem, aut dolum prafens ipse co-gnoscet, surrexit Rex, scenique Danielem adesse iustit. Tum Rex, monente Da-niele, pavimentum contemplatus attentius, intuituque vestigia virorum, feminarum, ac puerorum, fraudem sacerdotum agnovit, quos propterea iratus neci dedit; permisitque Danieli, ut de Bele, ac templo ejus suo arbitratu statueret, qui sane pro facta sibi potestate confregit simulacrum, ac templum excidit.

"Prater Belem aliudne quodpiam erat apud Babylonem simulacrum?"

R. Erat præterea eodem in loco vasta mo-le horribilis draco, quem pro Deo Babylo-nii colebant, quem tamen Daniel sine telo extinxit, aut gladio. Composuit enim ex pice,

pice, ac sevo, pilisque adjunctis in igne ferventibus, atque permixtis aliquot offi-s, quas in os draconis injecti, hisque id effec-tit, ut obstricis fauciibus, & spiritu inter-cluso dirumperetur draco, quem cum extin-ctum Babylonis ostenderet, dixit cum san-na; atque amaro risu: Ecce quem celebatis.

Quis animus tuum Babylonis?

R. Hac illis res gravissima visa est, ac nullo modo ferenda; quare indignati vehe-meniter, conspiratione facta, Regem adeunt, acriterque denunciant, nisi sit Daniel per-mittatur potestati, futurum, ut & rex ipse declinare paratim sibi mortem non possit.

Timuitne seditionis has voces Rex?

R. Metuens Rex, ne qua sibi ab infensa multitudine vis afferretur, coactus est Da-nielem illorum voluntati permettere, ut de illius capite pro suo arbitratu decernerent. Mora nulla. Danielem abripiunt, & in lacum, ubi leones stabulabantur, demittunt, quibuscum sex dies commoratus nullum pas-sus est damnum. Angelus enim Domini con-tinuit ora leonum, ne Daniel ab iis lade-retur.

At quoniam cibo famem per eos dies de-pellebat?

R. Et huic rei consuluit Dominus. Per Angelum enim præcepit Habacuc in Iudea degenti, ut prandium, quod messis tribus paraverat, ad Danielum, qui cum leonibus claudebatur in fovea, Babylonem perfec-ret.

Quid respondit Habacuc?

R. Babylonem non vidi, & lacum nescio. Quare cum Angelus crinibus apprehensum momento temporis Babylonem transfluit, & ad leonum lacum deduxit, qui obtulit Da-nielii cibos, & eodem temporis articulo in-eun-

eundem, unde abductus fuerat, locum, est ab Anglo restitutus.

C A P U T I X.

Duodecim Prophetæ Minores.

PRex quatuor Prophetas majores, aliine
a Deo populo Israel dati sunt?

RE. Duodecim alios dedit Israelitis Deus,
qui minores appellantur.

Quis minores dicuntur?

RE. Quod libri ab iis conscripti breviores
multo sunt, quam ii, quos Prophetæ majores
res posteris transmiserunt.

Da eorum nomina.

RE. Nomina eorum sunt, Oseas, Joel,
Amos, Abdias, Jonas, Michæas, Nahum,
Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias,
& Malachias.

Quot annos in universum Prophetæ vixe-
runt?

RE. Annos quadringentos, & ex his Pro-
phetis non pauci integro ferme seculo mu-
nus suum exercuerunt.

Quis inter hos Prophetas novissimus fuit?

RE. Malachias, quo demortuo continevit
usque ad Joannem Baptistam Prophetia.

Quis fuit Oseas?

RE. Filius fuit Beeri ex Issachar Tribu pro-
gnatus. Quanto tempore Propheticum munus
fistinuit, proorsus incertum, multo tamen
eum prophetæ tempore, dubitate nemo
posset, cum sub quatuor Regibus futura
prænunciariet, nimis sub Ozia, five Aza-
ria primum, deinde sub Joathan, mox sub
Achaz, ultimo sub Ezechia.

In quam diem incidit sancti Oseæ mors?

RE. Calendaria Romanum, & alia ferme
latina, ut Bedæ, Adonis, Usuardi decessisse
cum

eum indicant quarto nonas Julii, cum eo
die Oseæ memoria renoveretur. At Græci in
Menologio decimo sexto calendas Octobris
anniversarium Oseæ diem celebrant.

Quis fuit Joel inter Prophetas minores
secundus?

RE. Filius fuit Phatuel, vel Bathuel, se-
cundum Interpretes 70. ex Tribu Ruben in
agro Bethoron natus, atque ibi mortuus, &
in pace sepultus.

Quo tempore Propheticum munus exer-
cuit?

RE. Regnabitibus Ozia, Joatham, Achaz,
& Ezechia; quare synchronos fuit Oseæ.

Unde nata Rabbinorum opinio, qui Joe-
lem hunc filium faciunt Samuelis Prophetæ?

RE. Inde nata est, quod alius reperiatur
ejusdem nominis Joel Samuelis filius, de
quo Josephus lib. 6. Antig. cap. 3. qui pro-
pter summam in te administranda publica
intemperantiam magnam parenti Samuelei con-
flavit invidiam. Quam tamen opinionem, er-
rorem verius, non solum catholici Interpre-
tes, sed & Rabbinorum alii jure reprehendi-
dunt.

Quænam Amos Prophetæ Patria, ac genus
fuit?

RE. Thecuæ fuit Prophetæ hujus Patria,
quaæ ab Hierusalem duodecim millibus pas-
uum distat, quaque ad Iudeæ Tribum per-
tinebat. De genere illius nihil in sacris pa-
ginis habemus, quia ipse de parente silet,
quod non fecerunt Prophetarum plerique.
Illiud tamen certissimum, rusticum eum, ac
pauprem suffis, gregisque custodem; incer-
tum autem, suum ne paverit, an suam alieno
pascendo operam locavit.

Quo mortis genere decessit Amos e vivis?

RE. Ex sacris litteris nihil certi haberi po-
tebit.

tell. Martyrologium tamen Romanum pridie Calendas Aprilis de Amos obitu huc habet. *Thebae in Palæstina mors sancti Amos Propheta, quem amassas, Sacerdos frequenter plagiis affixit, & filius eius Ozias vellet fer tempora transfixit.* Qui postea semivivus in patriam devenit, ibidem expiravit, sepultus est cum Patribris suis.

Quoniam tempore Amos Prophetæ munere funditus est?

¶. Prophetavit in diebus Oziae, & Jeroboam filii Joas, quandiu vero prophetaverit, non confat, neque ulla sumni potest ex Scriptura sacra gravis conjectura.

Unde natus Abdias.

¶. Nihil hac in re certi proferre possumus. Hebrei genus illi Idumæum adscrubunt, nostri Sichimitam faciunt; verum certum aëne utramque. Pariter obscurum, quo tempore prophetarit.

Quia in urbe natus Jonas?

¶. Scriptura nihil hac de re nobis exhibet. Dicunt communiter Patres, & Interpretes Gethæum illum fuisse, non quidem e Geth, quæ urbs est Palæstina nobilis, sed de viculo quoddam ejusdem nominis in Tribus Juda. Alii tamen eum Zabulonitem faciunt, alii ex Tribu Aser. Sane res est obscura, neque in hac opinionum varietate habemus certi quidquai, quod sequamur.

Quibusnam temporibus floruit?

¶. Communis est Hebreotum sententia eum Osea, Joel, & Amos fuisse coævum, quorum sententiam Interpretum nostrorum plerique fecuti sunt.

Quidquam ne de hoc Jona narrat Scriptura memoria dignum?

¶. Narrat expeditionem ab eo ad Ninivias

ac Novi Testamenti. 143
tas suscepitām divino iussu, quam sequenti capite referemus.

C A P U T X.

Jonas in ventre ceti, Jon. c. 1. 2. 3. & 4.

Anno Mundi 3197.

Quodnam divinum Jonas mandatum accepit?

¶. Ut proficeretur Niniven, eique denunciaret imminens civibus illius supplicium, cum eorum scelera divinum in se fuorem intimarent.

Paruit ne Domino Jonas?

¶. Surrexit illico Jonas, perrexitur non quidem Niniven versus, ut divina morem gereret voluntati, sed quam longissime aliorum a Ninive, ut commissum sibi negotium declinaret. Fugit igitur a Deo in Tharsis, & in Joppæ concessit, ubi navem reperit, quæ summi Tharsis maritimam cursum destinata, solitoque vectura pretio navem considerat, ut cum aliis convectoribus ad designatam animo provinciam appelleret.

Quid tum Dominus?

¶. Evocavit Dominus ventum, qui vehementer in mari tempestatem commovit, quæ sic affixit navem, ut parum abfuerit, quin absorberetur fluctibus, aut scopulis frangeretur. Invasit tunc convectores, ac nautas ingens horror, visum est propterea omnibus oportere, ut tempestatis illius causam fortibus explorandam committentem. Cum omnia ex Ethnica disciplina legitime, ac rite fecissent, exiit fors, quæ Jonam unum ex omnibus designavit tempestatis auctorem.

Hanc

Hanc ut averterent, quid homines ii statuerunt?

R. Ubi sors prodidit sceleris reum, quem tam dira petebat, ac divinitus immissa tempestas, sublatum Jonam in mare projiciunt, confessum mare quievit, ac sedata tempestas est.

Projectus in undas maris Jonas periret ne aquis absorptus?

R. Minime vero. Præparaverat enim Dominus pescem grandem ex genete cetaceo, qui ejus navio Jonam deglutiuit, in cuius stomacho tribus diebus, ac totidem noctibus delituit, quibus absolutis a vidente bellua est in littore expositus.

Jonas in littore exposito quid iterum Dominum commisit?

R. Ut Niniven pergeret, ut divinum verbun deponueret. Paruit Jonas, & Niniven ingressus clamare coepit, ac prænunciare populo, exactis quadraginta diebus impendere extrellum civitatis exitium.

Ninivitis profult ne quidquam hac Jonæ Propheta?

R. Ec sane multum. Conterrati videlicet in Deum crediderunt, & præconis voce publicum indixere jejuniunum: amplexus est illud populus universus libenter, ac Rex ipse desiliit confessum e folio, & cum regium abiecisset insigne, ac vestimentum delicateum, ac molle, sacrum astuppsit aspernum, &, in quo jaceret, pavimentum cinereum constravit.

Pepercit ne Deus populo illi post publicum hocce jejuniunum, ac lacrymas?

R. Cum vidisset: Deus opera, quæ a delicatis, ac mollibus extorxisset aut supplicii metus, aut conceptus ex criminum turpitudine dolor, mores abjectos antiquos, non
vnu

yum vitæ institutum, misertus est illius populi, & ab inferendo supplicio, cuius eum comminatione tantopere concusserat, manus abstinuit.

Quid præterea Jonæ accidit scitu dignum?

R. Cum prope Niniven sub dio construxisset sibi Jonas umbraculum, ubi caparet umbram, & quasi in specula, quid eveniret civitati, prospiceret, effecit Dominus, ut subito nasceretur, & cresceret herba, quæ illud operiret umbraculum, & Prophetæ caput ab inclemencia caloris defendeter, ex qua tam insperato, atque opportuno subsidio magnam cepit voluptatem.

Diu ne hoc beneficio frui potuit?

R. Sub matutinum crepusculum vermis advenit, qui, percussa, arrosoaque radice efficit, ut exaresceret herba, ac tota illa viriditas, atque luxuries ambitious defueret. Quare oriente sole excitatus Jonas, cum calorem folis sustinere non posset, mortem habebat in votis.

Quis fuit Michæas inter Prophetas minores sexto loco memoratus?

R. Michæas in sacra historia Morastites dicitur, a patria ne, an a parente, incertum plerique a patria arbitrantur, quæ Maresa est, vel Morasthi, atque utraque ad Judæ Tribum pertinebat. Non defunct tamen, qui Ephraimitam sentiant fuisse Michæam.

Quoniam tempore floruit?

R. Flotuit Michæas, quo tempore Oseas, Amos, & Isaïas, nempe sub Joatham, Achaz, & Ezechia, sed non attigit Ozia tempora, sicut alii: quomodo mortuus sit, omnino ignoratur.

Unde natus Nahum?

R. Plane incertum est. Alii eum ex Simeonis Tribu exitisse arbitrantur, aliis Ga-

lilium dicunt. Calendarium Romanum primum ei Begabat assignat.

Quo tempore vixit, ac prophetavit?

B. Id prolsus incertum, cum ipse nihil dixerit, ut fecerit aliorum Prophetatum plenius. Quidam eum sub Ezechia prophetae affirmant, cum iam decem Tribus in Asyriam traducta essent, Seder Olam hebraeorum texuisse cum sua sub Manasse vaticinia opinatus. Sane res est ambigua; illud certum, ante subactam a Babylonio Ninive hanc prophetiam contigisse.

In quem diem recurrerit hujus Prophetæ obitus?

B. In Calendario Romano memoria ejus Calendis Decembribus celebratur, quod etiam tradit Græcorum Menologium: addit Calendas, in Begabat eum urbe quiescere.

Quanam patria, quod genus Habacuc?

B. Ex illius propheta nulla de genere, ac patria sumi potest conjectura. Communis tamen sententia est, fuisse cum de Tribu Simeoni, & ex agro Bethsacar. De vita porro illius, ac morte nihil est certi, nisi cum biennio ante, quam duas Tribus ab exilio redirent, obiisse. Ejus festum, five memoria ex Calend. Romano recolitur die 15. Januarii.

Patria Sophonie quanam fuit?

B. Ex ejus libro nihil habenus; omnes tamen, quotquot generis, ac patrie illius meminerunt, de Simeonis enim familia fuisse tradunt, ac patria Sarabathidem. Prophetavit autem sub Josia Rege Iuda, quod in ipso statim discimus exordio, quo tamen anno Josie, non constat. In agro suo sepultus est, fortassis die 3. Decembribus, quia eo die illius memoria renovatur & in Calendario Romano, & in Græcorum Menologio.

De Aggæo Propheta habetur ne quidquam?

B. De hoc vero Propheta ne divinando quidem nobis quidquam tradidere scriptores. Obitus illius memoria a Calendario Romano recolitur 4. nonas Julii, a Menologio vero Græcorum 17. Calendas Januarii. Prophetavit, & id unum certum est, anno secundo Darii Hyrcaspis, mense sexto, duobus nempe mensibus, antequam id facere cœperit Zacharias.

Zachariam hunc quæ patria, quique parentes progenuerunt?

B. Parentem suum vocat Zacharias Barachiam, avum vero Addo, ex qua autem Tribu fuerit, non constat: plerique Levi-tam faciunt; de patria non est laborandum, cum constet natum illum Babylone, ibidem ad æatem usque senilem esse commoratum.

Ultimo loco de ultimo Prophetarum Malachia die aliqua.

B. Zabulonitem eum fuisse opinantur quidam, natus porro est post redditum populi e captivitate Babylonica, mitissimo fuit ingenio. De morte id habemus, in juvenili æate vita functum est, & in agro juxta parentes suos fuisse sepultum. Quo vero die deceperit, o securum: ejus memoriam celebrat Calendarium Romanum ad diem 14. Januarii, Græcorum vero Menologium ad diem 3.

C A P U T XI.

Absoluta jam utili digressione, ad historię seriem redditur iterum.

Quot annos vixit Jojada Pontifex postremus eorum, quos ante recensimus?

R. Annos quadraginta Pontificium munus transmisit ad filium Jonatham, qui Pontifex fuit annos 47.

Quis Jonathæ suffectus est?

R. Jaddo, sive Jeddoa. Hic occurrit Alexander Magnus, qui sub id temporis venerat ad obsidem Hierosolymam.

Quid Alexandrum adversus Iudeos incitavit?

R. Quod renuissent Iudei commeatu Alexandrum juvare, cum Tyrum obsideret.

Obseditne Hierosolymam?

R. Non ita: Iudeis enim insensum animum illius reconciliavit Jaddo Pontifex, qui Pontificiis vestibus induitus, atque illi obviam factus, flexit eum autoritate, maiestate, ac precibus, ut alio vietria arma deduceret.

Quis tum Samariae Praefectus erat?

R. Darius Rex Persarum Sannaballat Samaria præfecerat, qui a Dario ad Alexandrum defecit, ac multis ab eo est propterea muneribus cumulatus.

Post Darii obitum Persidis ne Regnum Alexander occupavit?

R. Ita vero. Adolescens enim adhuc Alexander Græci imperii, devicta Persarum Monarchia, jecit fundamenta.

Quanto tempore Persarum imperium viguit?

R. Annos ducentos, ac triginta, seu duos

ac Novi Testamenti. 149
amplius, ac triginta, atque a Cyro exordium cepit, defirque in Alexandro.

Quot regnavit annos Alexander?

R. Annos duodecim. Ejus Monarchia nemo suffectus est, sed ei in plures dispergitæ provinciæ plures præfecti sunt Duces, qui Reges dicti sunt.

Mortuo Alexandro, bellum ne Iudeis cum quapiam gente fuit?

R. Cum Regibus Syriæ, & Ægypti identidem bellum Iudeis fuit.

Quis Iudeis imperavit post Alexandri mortem?

R. Ptolomaeus, cui Ægypti regio forte obtigit; qui sane humane satis cum Iudeorum gente egit, cum prius fidem eorum agnovisset, quin & iis earum urbium curam commisit, & quibus pondere imperii status videbatur.

Quis post Ptolomæum regnavit?

R. Seleucus hujus nominis primus, dicitus Nicantor.

R. Nonne sub hoc tempore obiit summus Sacerdos Onias?


R. Ita est; ac post gestum per annos 14. summum Sacerdotium substitutus ei est Simon cognomento Justus.

Quid ab hoc Pontifice gestum, quod commendationem mereatur?

R. Hierosolymæ templum instauravit, eumque duodecim annos sacris præfusset, successorem reliquit fratrem Eleazarum, quod Onias filius in tenera admodum esset ætate constitutus.

Ergo ne Onias perpetuo pontificalia circuit dignitate?

R. Cum ad ætatem munieribus sacris gerendis idoneam pervenisset, ad Pontificatus apicem evectus est.



Quis tum Ægypti Rex?

R. Ptolomeus Philadelphus, qui Seleucus Patri successerat. Triginta autem, & octo regnauit annos Philadelphus, & regni hæredem Ptolomaum Evergetem reliquit.

Quis Assyriæ thronum per eos dies occupabat?

R. Seleucus secundus.

Quis in Pontificis Oniæ secundi locum est subrogatus?

R. Simeon pariter hujus nominis secundus, in cuius Pontificatu Ptolomæus Philopator, patre e vivis sublato, Hierosolymam venit, & in sancta Sanctorum ingredi voluit. Restivit huic temeritati Onias Pontifex, & eum aditu religiosissimi loci præhibuit. Probavit Dominus invictum Pontificis animum, concutus tellure, ac deliquio, quo Ptolomaum affixit.

Resipuitne Ptolomæus, ac sacrilegum depositum consilium?

R. Quin multo impudentius contra Hebraicum populum, ac verum Numen graffatus, circa Judæos inclusit elephantum suorum pedibus proterendos, ac lacerandos.

Cessitne id Ptolomæo, ut cum animo suo statuerat?

R. Eum, res miranda! cepit exemplo sui ipsius consilii oblivio. Hinc furor in miserationem, odium in amorem conversa sunt, cœpitque ex eo tempore majore Hebreum populum prosequi benevolentia, quam ante fuerat odio prosecutus.

Quot annis ejus regni spatium concluditur?

R. Annis decem, intra quod tempus & Simeon secundus Pontifex sato cessit, atque Oniæ tertio hujus nominis Pontificale munus transmisit.

Quis

Quis in Asia, Syriaque dominabatur, Onia sacra Hebraorum curante?

R. Antiochus, quem multo famosiorem crudelitas fecit, quam opera illustria noua quæ ab eo gesta sunt.

Quibus potissimum in rebus Antiochi crudelitas inumanis eluet?

R. Tyrannicum exercuit in Iudeum populum imperium, non solum arbitratu suo facultibus spolians quodlibet hominum genus, sed etiam vita, ac præterea adagens ad religionem veram deserendam, ac proficiendam idololatriam. Quin fœminis duabus, quæ filios suos circumcidérant, appendit eorum cervicibus recens natos liberos, ac præcipites ex urbis mœnibus egit. Quæ sane inumanitas ingens efficit, ut difficile esset veræ religionis professorem sub id tempus invenire.

C A P U T XII.

Mors Eleazari, 2. Machab. 6. Martyrium Machabaorum, cap. 7.

Anno Mundi 3837.

IN hac populi defectione a patria religione, atque avita, defecit ne ab ea & Eleazarus?

R. Quin constans avitæ custos religionis, cum sollicitaretur, ut carnem suillam contra divinæ præscripta legis comedere, manuit fortiter pro sanctissimis, & gravissimis legibus honesta morte perfungi, quam fidem Deo debitam frangere.

Exemplum ne exhibuit cuiquam hæc Eleazari constantia, ac virtus singulatis?

R. Tantum potuit Eleazari exemplum hac

K 4

in

in re, ut septem fratres Machabæi una cum matre apprehensi, & ad suillam carnem comedendam sollicitati minis primum, deinde cruciatis, constantissime immania sustinuerint supplicia, ne contra divinam hac in parte legem delinquerent.

Quonam suppliciū geare affecti sunt?

R. Exquisitissimis cruciati sunt suppliciis. Flagris, ac taureis primum lacerata membra; mox in ardentes fartagines, aneasque ellsas immitti sunt, amputata lingua, cutis capitis abstracta, summa manus, ac pedes praecisi.

C A P U T XIII.

Mathatia virtus bellica, lib. 1. Machab. c. 21.

Judas filius Mathatia, lib. 1.

Machab. cap. 3.

Dum hæc ab Antiocho crudeliter contra Iudeos agerentur, nonne dicitur Mathatias quidam gessisse multa præclare?

R. Ita est. Cum enim Mathatias esset aliquando in monte Modio, cumque illuc venissent, qui missi erant ab Antiocho, ut Iudei a vera religione discesserent, restitit iis Mathatias cum filiis suis, palamque professus est discessuruni se numquam a servitute legis Patrium suorum, neque auditurum se iniquissimum Regis edictum.

Quonam modo aërum a Mathatia cum Iudeo, quem deprehendit Diis thus immolante?

R. Doluit acriter, ac justo furore corripus in eum infiliens super Aram trucidavit.

Quid post hæc Mathatias?

R. In urbe primum, deinde urbe egref-
sus,

fus, clamare coepit: Omnis, quem divinæ legis tenet amor, exeat mecum.

Quonam secessit Mathatias?

R. Cum quinque filiis suis Joanne, Simone, Juda, Eleazar, & Jonatha in montes confugit, atque ibi exercitum conflavit eorum, qui fortes animo, ac patriæ legis amantes ejus consiliis adhaeserunt. Facto im- petu idololatras fugarunt, profanas aras everterunt, atque incircumcisos filios circumcididerunt.

Mathatias nonne sub hoc tempore obiit?

R. Nimirum gravi tum laborare coepit Mathatias ægritudine, ac filios hortatus suos, ut vel cum vita discrimine avitam religionem tuerentur, quievit in pace.

Quis Mathatia locum deinde tenuit?

R. Iudas Machabæus filius Mathathiae, quem pater e vivis excedens ducem cre-
bat.

Anno Mundi 3838.

Satisfecitne Judas expectationi de eo a Pa-
tre concepta?

R. Et quidem absolutissime. Dilatavit enim gloriam populi Israel, & procerò, vastoque corpore, ac proinde fortissimus gla-
dio suo castra vel solus tutabatur, sex qui-
dem armatorum millibus tuebatur ab hos-
tium in cursumbus Israelem, sed minor
erat hic numerus, quam ut reprimere hos-
tium conatus posset, nisi Dei dextera san-
ctissimis Iudeis consiliis, ac prudentissi-
mis affuisset.

C A P U T X I V.

Victoria Jude Machabaei, lib. i. Machab. c. 4.
Mors impii Antiochi, cap. 6.

Anno Mundi 3838.

Judas Machabaeus adversusne quempiam bellum gessit?

R. Gessit adversus Apollonium, cui jam devicto mortem ipse manu sua intulit, ensimque extincto detraxit, quo deinde in omnibus praliis est usus.

Ullane alia victoria insignis est gloria Jude Machabaei?

R. Et Seron ducem Assyriorum, qui temeritate ineribili superari se a nemine posse arbitrabatur, devicit.

Quisquamne fuit, qui Jude Machabaei vitoris modum ponere voluerit?

R. Antiochus contra Judam hunc nostrum ingentes copias eduxit, sed eas fudit, ac perdidit jejuniis, ac precibus Judas. Delato clavis nuncio, Antiochus in Judaeos tan-topere exarsit, ut statuerit Hierosolymam solo aqua.

Id perfecitne, ut statuerat?

R. Iter sane ad eam direxerat urbem, ut cogitata expleret, sed in itineris medio gravi interceptus morbo, decepsit e vivis, datis prius regii insignibus Antiocho filio, qui Eupator dictus est.

Quomodo fuit Eupator hic in Judaeos animatus?

R. Hæreditarium Pattis odium in Judaeos fovit; atque eorum excidio inhians adversus Judam Machabæum expeditionem suscepit cum centum armatorum millibus, ac tri-

triginta duobus elephantibus. Sub initium prælii arridere visa est fortuna Antiocho, sed demum ab Eleazaro Jude fratre cæsus est hostis.

C A P U T X V.

Eleazar virtus, lib. i. Machab. cap. 6.
Mors Jude Machabæi. Jonathas
Pontifex, cap. 9.

Anno Mundi 3842.

Quid igitur in hac adversus Antiochum pugna gessit præ cæteris Eleazarus illustris?

R. Cum vidisset elephantum regis Ioricensis tectum, ac toto super cæteras bestias capite eminentem, cucurrit ad eum audacter, &, patet factu sibi aditu per medium legiom, perimens obvios quoslibet, eo cum pervenisset, ei se se supposuit, eumque cædens ab eo cadente oppresus est, atque obtutus, cum de præclara cæde triumpharet.

Quid hac cæde ab Eleazaro effectum est?

R. Effectum est, ut hostes fugerent, vincerent Israelitæ, ac pax inde, & tranquilitas populo universo pararetur.

Anno Mundi 3843.

Diuue post victoriam hanc vixit Judas Machabæus?

R. Paulus post in alio prælio, cum fortiter, ac strenue pro religione, ac patria dimicaret, ac fugientes insequeretur, a tergo Iesus gloriose cecidi; eique defuncto Judæi Jo-

Jonatham fratrem ejus substituerunt, qui sⁱ cum brevi temporis spatio multa cum laude fecisset, a Tryphene per dolum est interficetus.

C A P U T XVI.

Simeon Pontifex, lib. i. Machab.
cap. 13.

Anno Mundi 3861.

Quis Jonathæ est subrogatus?

R. Simeon, qui ab eodem Tryphone deceptus est, non minus multo pernicioſa fraude, quam frater. Cum enim, mortuo nondum Jonatha, sed adhuc carcere incluso, ſpondiſſet per legatos Simeoni Tryphon, domum ſe liberum dimiſſurum Jonatham fratrem ejus, ſi ad ſe & lytrum, & filii Jonathæ mitterentur; & pro lytro centum talenta miſit Simeon, & Jonathæ filios duos. Tum Tryphon fœdifragus & Jonatham, & filios trucidavit.

Ultius hanc injuriam est Simeon?

R. Fœdus cum Demetrio fanxit, ac fame Arcem Sion expugnavit.

Quomodo mortuus est Simeon?

R. Proditorie a Ptolomæo genero ſuo occiſus est in convivio, ut, eo mortuo, rei administratio publicæ ſibi committeretur. Lactymis eum multis populus est prosecutus, atque in eo tumulo, quem ipſe ſibi prius, ac fratribus conſtruxerat, tumulavit.

Quis Simeonis locum tenuit?

R. Joannes inter ejus filios tertio loco natus, dictus Hircanus, quod de eo populo tri-

triumphaffet. Hujus porro posteri regnarunt uisque ad Joannem Aristobolum, quem Herodes aquis præfocavit, ut ſceptrum Judæcum, ad ſe rapum per vim, fine periculo retineret.

Historia Veteris Testamenti Finis.

HISTORIA NOVI TESTAMENTI

Libro unico comprehensa.

CAPUT I.

Vita quatuor Evangelistarum.

S. Matthæus.

Quis primus omnium Evangelium conscripsit?

R. S. Matthæus, qui & Levi, ex publicano Apostolus, primus omnium in Iudea, propter eos, qui ex circumcisione cederant, Evangelium Christi composit.

Quo anno conscripsum est?

R. Incertum id est; celebris opinio est factum id anno trigesimo nono ævæ vulgaris, post Christi obitum sexto; communis tamen sententia unum a Jesu Christi morte octavum, & Caligulae tertium huic assignat conscriptionem.

Quanam lingua traditum est?

R. Hebraicis, sive Assyriis & characteribus, & verbis editum est a S. Matthæo, quod sine quis primus in græcum idioma translulerit, non satis est certum. Porro ipsum Auctoris exemplar Hebraicum testatur Hieronymus temporibus suis asseratum in Bibliotheca Cæsariensi, quam Pamphilus Martyr extruxerat, seque ejusdem describendi facultatem obtinuisse a Nazareis, qui in Betœa urbe Syriæ commorantes confundi hebraeo volumine utebantur. Hinc est, quod,

cum

ac Novi Testamenti.

159

enim Matthæus hebraice scripsit, in producendis Testamenti veteris testimonis non sequitur nœr 70. Interpretum editionem, ab aliis citatam Evangelistis, sed ipsam hebraicam, ut loquuntur, veritatem.

Quid potissimum in suo Evangelio S. Matthæo propositum fuit?

R. Id ei fuit unice propositum, ut regiam Jesu Christi texeret genealogiam, & vitam ab eo aetam, qua homo erat, divinæ tamen gaudens naturæ consortio, & conjugatione.

Quis secundo loco scripsit Evangelium?

R. D. Marcus Alexandria Episcopus, & Evangelista, cui nomen fuit Joannes, matrem habuit Mariam, quæ in domo sua Apostolos benigne excipiebat, sicut S. Lucas in Actis Apostolicis testatur. Fuit porro S. Petri discipulus, ejusque comes individuus.

Quo anno Evangelium suum D. Marcus conscripsit?

R. Afferunt multi contigisse id anno tertio Claudi Imperatoris, idest 43. ævæ vulgaris, decem annos post Christi Domini mortem. Communis tamen opinio tribuit hoc anno 46. ævæ communis, ac decimo tertio a Christi obitu.

Quare Evangelium suum Marcus conscripsit?

R. Rogatus Romæ a fratribus, qui eum multa de Christo prædicantem audierat, ut ea scriptis traderet; juxta id, quod a D. Petro Præceptore suo accepit, Evangelium illuc descriptum. Recensuit illud Petrus, probavit, Ecclesiæque autoritate sua legendum tradidit; unde & a quibusdam Petri Evangelium est appellatum.

Quanam lingua scripsit D. Marcus hoc Evangelium?

R. Duæ sunt hac in re opiniones. Altera

cent.

cessit græca lingua esse conscriptum, & auctoritatibus nitorum tum Hieronymi, tum Augustini. Altera sentit latina lingua editum suum a Marco Evangelium; & haec plurimorum est recentiorum.

Nonne videtur Marcus in Evangelio suo securus, aut imitatus Matthæum?

¶. Evangelium sane suum tradidit ita in omnibus conveniens cum iis, quæ paulo ante Matthæus scripserat, ut ejus videatur esse pedisequus, dictus propere ab Augustino Matthæi abbreviator. Nihilominus multa narrat Matthæo fusi, distinctius, atque copiosius.

Quis inter Evangelistas est ordine tertius?

¶. D. Lucas, patria Antiochenus, professione medicus, græca lingue callentissimus, Pauli Apostoli comes.

Quonam idiomate datum nobis est hoc Lucæ Evangelium?

¶. Idiomate græco, nemine ex auctoribus reclamante.

¶. Cur Evangelio conscribendo applicuit animus?

¶. Prodit ipse Lucas causam Evangelii sui initio, cum dicit: Historiam Evangelicam a multis temere conscriptam, a se literis consignandam operæ sibi pretium visum esse, cum de ea accuratissime esset instruatus ab iis, qui eisdem fuerant dispensatores.

Qui mores, ac vita S. Lucæ?

¶. Vixisse dicitur annos octoginta cœlebs ad eam usque ætatem, ac de eo canit Ecclesia, eum Christi Domini crucis memoriam, ac dolores in suo corpore jugiter portasse; mortuus est autem, si Nicephorus, Cedrenus, ac Nazianzenum audias, martyrio affectus olivæ arbori appensus prope

Patras Achajæ urbem anno Neronis sexto, & 29. Post Christi obitum, æræ vulgaris sexagesimo secundo. Alii tamen in pace eius quevisse crediderunt.

Quodnam est Evangeliste quarti nomen?

¶. S. Joannis is est, Evangelista simul, & Apostolus, frater Jacobi Majoris, filius Zebedæi, a vico Bethsaïda regionis Galilææ, arte pescator; nec ante, nec post vocationem suam literas didicit, sed, cum in cena super pectus Domini recumeret, tantum hausti divinarum rerum scientiam, ut eum hac in re nullus mortalium æquarit. Caleb ab Apostolicum munus vocatus, semper cœlebs permanxit.

Quis Joannem impulit, ut Evangelium conscriberet?

¶. Novissimus omnium multis annis post captam Hierosolymam scripsit græco sermone Evangelium, ut occurreret erroribus Cerinthi, & Ebionis, qui afferabant Christum ante Mariam non fuisse. Quapropter initio statim Evangelii sui in eo totus est, ut Christi Domini divinitatem, atque æternitatem adstruat.

Aliane causa id operis suscepit?

¶. Cum scilicet legislet cœterorum Evangelistarum volumina, probavit quidem texum historiæ, sed vidit ab iis duorum tantum amorum, post carcerem nempe Joannis Baptistæ, historiam esse contextam. Superioris itaque temporis, antequam Joannes clauderetur in carcerem, gesta narravit solus in suo Evangelio satis accurate.

Dicitur Joannes hic noster unice a Christo Domino præ cœteris Apostolis dilectus fuisse, unde hoc colligitur?

¶. Duobus id maxime argumentis patet. Alterum est, quod inter cœnandum in fini

Domini recubuerit. Alterum, quod ei Dominus moriturus matrem suam sanctissimam Virginem virgini commendaverit.

Quid dicitur Joannes noster ab impio Domitiano perpeditus?

b. In Patmos insulam ab eo relegatus est. Refert præterea Tertullianus, eum Romæ missum ejusdem Imperatoris justu in ferventis olei doloru, unde purior, & vegetior exiverit, quam intrasset; cuius sane rei memoria ab Ecclesia pridie Idus Maji recolitur. Domitiano interfecito, ac rescissis decretis illius, regnante Nerva reveritus est Ephesum, ibique usque ad Trajanum perseverans, omnes Asia fundavit, ac rexit Ecclesiastis, ac prope centenarius anno sexagesimo octavo post passionem Domini mortuus juxta eandem urbem sepultus est.

C A P U T II.

Annum Beatae Virginis LUC. I.

Anno Mundi 3999.

Quid ante Christi Domini nativitatem accidisse dicitur illustre?

b. Cum advenisset plenitudo temporis, quo ex divino decreto venturus erat in terras Christus Dominus ad humani generis reparationem, missus est a Deo Angelus Gabriel ad Sacerdotem Zachariam, cum in templo thus adoleret.

Quid ei Angelus hic prænunciavit?

b. Futurum prædixit, ut filium ex Elisabeth uxore susciperet, nomine Joannem, cuius ortus multam allaturus erat latitudinem, atque exultationem in Israel.

Nunciato Zachariæ Joannis ortu; cuius-

quamne alterius nativitas est ab eodem Gabriele prænunciata?

b. Sex elapsis mensibus idem Gabriel ad B. Virginem Mariam missus est in urbem Nazareth, quam incolebat futura Dei mater.

Cuinam erat in matrimonium B. Virgo copulata?

b. S. Joseph, viro justissimo, de Tribu Juda, qui sane habuit omnia iura veri sponsi, ac consequenter iure, ac vere Christi Pastor potest nuncupari. Hinc cum eam gravida intuitus turbatus esset, eam dimittere clam voluit, dando ei per secretum divortium libelli repudium, quod sane in non uxorem non convenit.

Quis ab Angelo sermo cum B. Virgine habitus?

b. Salutavit eam primum, ac mox gratia plenam vocavit. Quibus verbis turbata Maria est, & sacro quodam horro perfusa. Turbata est autem, vel quod virginum est trepidate, ad omnes viri (cuius speciem aslumperat Angelus) ingressus pavere, omnes viri affatus vereri; vel quod affeta licet visionibus, & colloquiis Angelorum, nunquam tameu alias viderat Angelum tanta maiestate prædictum, quanta cum Gabrielem coruscantem cernebat; vel quod metueret, ne tam magna pollicitus, non Angelus esset, sed Diabolus, qui sibi vellet ingentibus hisce pollicitationibus illudere, ut primam Hevam, primumque parentem deceperat.

Quoniam modo Angelus hanc Mariæ turbationem excussit?

b. Suasit ei, ut non expavesceret, quoniam Divino erat Numini acceptissima. Quamobrem nascitum ei filium sponso-

dit, cui nomen IESU imponeretur, magnum Sobolem, in dono Jacob regnatum, ac Davidicum folium occupaturam, cuius principatu nulla unquam ætas, nullum faculum finem imponeret.

Quid ad hæc B. Virgo?

B. Ignorare se, quanam id possit ratione contingere, cum neque virum antea cognovisset, neque cognoscere in posterum posset, quod virginitatem a prima infancia Deo vobissem.

Hanc dubitationem Angelus quomodo sustulit?

B. Significavit ei, futurum, ut Spiritus sancti virtus ex ejus sanguine intemerato filium educeret, sine viri cujusquam seminalli virtute; atque hujuscemodi magna illius quidem, sed quæ tamen divina omnipotencie non excederet facultatem, consimile exhibuit exemplum.

Quodnam hoc exemplum fuit?

B. Fuit hoc partus imminentis S. Elisabeth, quæ post multos sterilitatis annos prolem tandem a Deo precibus impetrarat, quam sex ante jam menses conceperat, ac brevi erat paritura, ea semper divina adiuta potentia, penes quam nihil est arduum, nihil difficile; cui natura ipsa, leges etiam transgressa suas ad nutum obtemperat.

Id ubi rescribit B. Virgo, quid respondit?

B. Modestissime de se sentiens, atque, ut patet, tantam dignitatem sibi concessam divinitus admirata, respondit: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Dictum, factum. Divinum Verbum ante saecula genitum in sua Aeterni Patris coepit in tempore in utero Virginis humanam carnem inducum, genus humanum a captivitate demonis eximere.

ac Novi Testamenti.

C A P U T III.

Visitat Elisabetham Mariam, Luc. cap. i.

Anno Mundi 3999.

Quid hoc nuncio accepto a E. Virgine Quidam est?

B. Perrexit in montana Iudeæ, ut cognavam sibi Elisabetham inviseret, eique gaudiumsum ex concepto ab illa filio conceputum testaretur.

Salutata a Virgine Elisabeth, quid accedit singulare?

B. Exultavit iufans præ gudio in utero Elisabeth, quod ex latebris materni sinus adesse humani generis Reparatorem sentiret.

Quid tum Elisabeth?

B. Unde mihi, inquit, ut veniat Mater Domini mei ad me?

Quot menses apud Elisabeth E. Virgo est commemorata?

B. Tres; quibus elapsis rediit Nazareth, capique sub id tempus venter illius intumesce.

Cum videret gravidam Mariam Joseph, estne quidquam conturbatus?

B. Et sanc tam multum, ut suspicio criminis alicuius a Virgine admissi ejus animum pulsaret; ac de ea dimittenda per libellum repudii cogitaret; licet id facere clam secum statueret, nec illam vellet in vulgus traducere. Ac fortasse dimisisset, nisi obstitisset Angelus Domini, qui divino nomine præcipiens ei, ut suspicione omni deposita de Sanctissima foemina concepta, quæ nullam nosset labem nivei pudoris, eam secum, ut uxorem, retineret.

Cum partus tempus instaret, quodnam iter dicuntur Maria, & Joseph suscepisse?

R. Exiit sub id temporis edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis; perrexit ergo Joseph cum Maria ad urbem Bethlehem, ut in ea, in qua natus erat, patria nomen daret. Ex quo factum est, ut impleretur, quod per Prophetas fuerat prænuntiatum; in Bethlehem nempe Iudea Messiam nasciturum.

C A P U T IV.

*Christus nascitur, ad præsepe Pastores veniunt,
Christus circumciditur, Luc. cap. 2.
Magi Reges, Matth. cap. 2.*

Anno Mundi 4000.

Anno Christi 1.

Cum in Bethlehem venissent Joseph, & Maria, ubinam excepti hospitio sunt?

R. Cum locum non invenissent ullum, in quo reciperebant hospitio, in stabulum sese receperunt, ubi cum essent, media noctis silentio natus est Christus Dominus, tam ut abiectissimum locum nobilitaret, tam ut superbiā, ac delicias nostras damnaret.

Quinam primi faustum hocce nuncium expere?

R. Pastores, quibus, cum ad custodiā gregis vigilarent, nunciavit Angelus latissimum nuncium recens nati terrarum orbis Reparatoris, quem per tot secula & ipsi, & corum parentes expetierant.

Quodnam iis fatis apertum datum est argumentum, ut natum Messiam internoscerent?

R. Significavit iis Angelus, ut in quodam urbis Bethlehem Præsepe sese conferrent,

ubi

ubi puerum invenirent pannis linceis involutum.

Perrexeruntne ad eum locum Pastores?

R. Ita vero. Bethlehem petierant, ut rem hanc maxime mirandam intuerentur, atque ibi in stabulo invenierunt Mariam, Joseph, ac puerum linceis pannis tectum, uti fuerat ab Angelo significatum.

Post octo a Nativitate Domini dies, quid sacra refert historia Evangelii?

R. Refert Christum Dominum circumcidum, ac nomen, JESUS, ei impositum.

Quid aliud sub hoc tempus memoria dignum accedit?

R. Cum Magi quidam Reges in Oriente novum fidus conspexissent, noslentque eo ortum supremi Iudeorum Regis significari, venerunt cum muneribus in Iudeam, ut eum venerarentur, ac se illius adoratores profiterentur.

Quid igitur fecere, ut primum Hierosolymam ingressi sunt?

R. Sciscitari coepérunt, ubi esset recens natus Rex Iudeorum. Quæ sane Magorum oratio tantopere animum concussum Herodis, ut, vocatis Sacerdotibus, inquireret, quinam esset ortui Messiae locus aut a Prophetis, aut majorum traditione assignatus.

Quid responsi datum ei est a Sacerdotibus?

R. Responderunt Sacerdotes Bethlemiticam urbem Messiae patriam denotasse Prophetam Michæam; quapropter Herodes Magos ad se vocavit, ut eos alloqueretur.

Quid dictum Magis ab Herode?

R. Similat velle se post eos natum Regem colere, ac venerari. Eant ipsi propterea alaci animo in urbem Bethlehem, inquirant de eo diligenter, atque ubi inven-

sint, ad se rem deferant, ut & ipse eum aderat, & ad ejus genua supplex, ac venerabundus accedat.

Quid interim de stella actum est?

B. Statim atque ab Herode digressi Hierosolyma excessere; iterum eis se stella prodidit, neque destitit eis splendidam præferre faciem, donec ad locum pervenire, ubi puer JESUS jacebat in stabulo.

Conspexo divinissimo puerō quis illis animus?

B. In ejus vultu aliquid plusquam humānum conspicati, ad illius genua provoluti obtulerunt ei mystica illa munera, quæ Juvenecus Presbyter carmine illo conclusit:

*Thus, aurum, myrrham, regique, himinique, Deoque
Dona ferunt.*

Redierene ad Herodem?

B. Rediissent, nisi a Deo admoniti fuisserent in somniis, ut per aliam viam in regionem suam reverterentur.

C A P U T V.

*Purificatio B. Virginis, Luc. cap. 2. Fuga
in Egyptum, Matth. cap. 2.*

Anno Christi 1.

Post quadraginta dies ab ortu Christi IESU mundatae est a puerperio Maria?

B. Cum ad id non teneretur, quoniam claustrō virgineo intacto Filium pepererat, voluit tamen hac in parte Beatissima Virgo legem implere.

Ut Filium suum, quem Primogenitum vocat

cat D. Matthæus, redimeret, quid obculit Dominu B. Virgo?

B. Duos pullos columbarum.

At quare Christum vocat D. Matthæus Primogenitum Mariæ? habuitne post Christum alias filios Maria?

B. Primogenitus in sacra Scriptura dicitur omnis is, ante quem nemo natus sit; etiam si unigenitus sit; ly enim primo negat tantum anteriores fuisse filios, nec requirit, aut supponit posteriores extitisse.

At idem Matthæus innuit post Christum natum cognitam esse B. Virginem a S. Joseph, inquit enim Matthæus; non cognoscet eam, donec peperit filium suum primogenitum. Ergo, postquam Primogenitum peperit, cum ea rem habuit Joseph. Tale est hereticum argumentum Helviti.

B. Tò donec dumtaxat significat, quid ante partum factum non sit, non quid factum post partum; hoc enim ad hunc locum erat impertinens. Hac enim voce donec tantum voluit Matthæus narrare rem miram, & inauditam, scilicet conceptionem Christi ex Matre Virgine sine Patre. Simili modo dicitur in Psalm. 109. *Sede a dextris meis,
donec ponam inimicos tuos scabellum pedum
tuorum;* non quod, debellatis inimicis, sed
ecliter non debeas, sed quod tunc
longe glorioſior, quasi vīctor, ac triumphator
ad dexteram meam sedebis. Sic dicimus: S. Agnes virgo permansit, donec est mortua; non enim post mortem virginitatem potuit amittere.

Cum hæc in Templo peragerentur, quis puerum IESUM ulnis suis complexus est?

B. Simeon justus, ac pius senex ulnis suis Dominum suscepit, quem visurum se, antequam moreretur, Spiritu sancto revelante didi-

didicerat. Quare gaudens, & exultans propter expectatum tandem beneficium Prophe-tico afflatus spiritu Canticum illud per-navit: *Nunc dimittis seruum tuum, Domine, &c.*

Nonne in hac incidunt tempora infantium innocentium clades?

R. Ita sane. Cum iratus esset Herodes, quod illusus esset a Magis, jussit occidi pueros omnes, qui erant in Betlehem, & in omnibus finibus ejus a bimatu, & infra, secundum tempus, quod exquisierat a Ma-gis.

Quis animus hac in clade Herodis?

R. Illud secum statuerat, ut in communione horum infantium clade & ille caderet, propter quem clades hac universa est imperata. Perficite, quod optaverat?

R. Quis divinae providentiae consilia elu-dere unquam mortalia posse? Occidit He-roles ingentem infantium numerum, sed eum unum infanteum quem querebat, invenire omnino non potuit, subtractum jam ab imminentia clade per Angelum, qui per sonnum Joseph precepit, ut accipiens Ma-thiam conjugem, & Christum Dominum in Aegyptum secederet, atque in ea provincia tandem moratur, donec iterum a se ad patrias remeare sedes jubaretur.

Quot annos in Aegypto Christus Dominus cum Matre, ac nutritio suo commoratus est?

R. Anno uno, post quem, defuncto Herode, duxus est in Palæstinam, in urbem Nazareth, ibique delituit, ut declinaret fu-torem Archelai, qui tunc in Iudea imperi-tabat.

Anno

Anno Christi 2.

Quidquamne aliud de Christo Domino sa-cri nobis produnt Evangelistæ, quod in pueritia gesserit præclare?

R. Post hæc Evangelistæ sacri nihil aliud de Christo Domino nobis exhibent ante bat-pismum a Joanne suscepimus, quam dispu-tationem ab eo cum legi Doctoribus in tem-ple habitam Hierosolymitanæ.

C A P U T VI.

JESUS inter Doctores, Iuc. c. 1. Baptismus ejusdem, Matth. c. 3. JESUS in solitudine, Matth. c. 4.

Anno Christi 12.

QUænam occasio disputationis hujus in-eundæ fuit?

R. Cum ascendissent Hierosolymam S. Jo-seph, & Virgo, ut solemne Paschalis fe-stum constitutis a lege tempore, ac ritibus celebarent, ascendit & Jesus cum illis; ut autem abeundi facultas data est populo a Pontifice post ultimam diem azymorum, abeuntibus parentibus, subtraxit se ab illis non sentientibus Christus Dominus, ut cum Doctoribus tantisper, qui populum legen-docebant in templo, detineretur. Hic prima omnium oblate Christo occasio est, ut eam sapientiam Patris, quam ab ipsa acce-perat aeternitate, proderet interrogando mo-deste, ac respondendo acute de lege.

Quis animus B. Virginis, amissio filio?

R. Dolor eam cepit ingens, eumque per cognatos, & notos perquisitum, sed frustra, tandem in templo cum Doctoribus dispu-tantem invenit. Sciscitati ex eo Parentes, qua-

quare se relictis in templo substitisset, illud accepere responsi: *Nescitis, quia in iis, quae Patrii mei sunt, oportet me esse?*

Rediitne post hæc domum cum Parenibus?

R. Rediit cum iis, iisque paruit obsequentiâ usque ad ultimos vitæ annos, quibus patria domo digressus prædicare cœpit, curare infirmos, mortuos ad vitam revocare, pati, moti ad salutem humano generi comparandam.

Quid primum factum a Christo Domino, cum anno vitæ suæ trigesimo plus minus Redemptionis opus aggredi cœpit?

R. Ad Joannem Baptistam venit ad Jordani ripam, ubi is a Deo Christi Domini Præcursor designatus, post longam ætatem in solitudine transactam populum ad pœnitentiam hortabatur, ac baptizabat.

Ut vidi Joannes Christum ad se venientem, novit eum?

R. Novit, neque adduci poterat, ut eum baptizaret. Verum, cum ab eo intellexisset, id omnino divinæ esse voluntatis, paruit modestissime.

Cum Christus baptizaretur, nonne vox quædam auditâ est?

R. Audita est vox æterni Patris dicentis: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.*

Post baptismum a Joanne suscepimus quoniam perrexit Christus?

R. Ductus est a Spiritu sancto in desertum, ut tentaretur a diabolo.

Quomodo tentationes dæmonis elusit Dominus?

R. Triplicem dæmonis tentationem triplici sententia e sacris Veteris Testamenti libris desumpta superavit. Superato dæmone defutum

fertum reliquit, atque in publicum post quadraginta dies, quibus jejunia jejuniis, & preces precibus continuarat, prodiit, ut salutis nostræ tractare negotia inciperet.

Quid primum instituit ad hanc rem?

R. Ad Jordanem iterum venit, ubi Joannes prædicabat, ex quo cum didicisset Andreas, eum agnum esse neci addiditum, ut peccatum ab Adamo transfusum in posteros tolleret, ad Christum venit cum Simone fratre suo, ut ejus se traderent disciplinæ.

Secutio fuit Dominum?

R. Relictis rebus, ac patre, secuti sunt eum, quibus socii adhæsere in dies tam multi, ut fama illius quodidie magis percrebret, ac diffunderetur.

C A P U T VII.

*Nuptiae in Cana Galilæe celebratae, Joann. c. 2.
Nicodemus, c. 3.*

Anno eodem.

Nonne dicitur nuptiis quibusdam Christus interfuisse?

R. Interfuit nuptiis in Cana Galilæe habitis, ubi aquam in vinum convertit; quæres mirum in modum famam illius, gloriamque dilatavit.

Nonne sub hoc tempus adjunxit se Christi discipulis Nicodemus?

R. Venit ad Christum Nicodemus nocte propter Iudaorum metum, ut ab eo veram religionem doceretur; didicique ab eo non posse quemquam celorum regnum ingredi, nisi denou nasceretur, ideo per baptismum regeneraretur.

Hæc cum ageret Christus, quid accidit Joanni Baptista?

R. Sub finem anni hujus Herodes Antipas cum corriperetur a Joanne de Herodiade uxore fratri sui Philippi Tetrarchæ, tenuit Joannem, & deruisti in carcere. Tum vero caput Iesu publice se Messiam prædicare; quod non ita palam facere voluit, cum Joannes adhuc munere suo ad Jordanis ripam funderetur. Et hæc contigere anno primo prædicationis Christi, ac trigesimo ætatis.

C A P U T VIII.

Samaritana, Joann. c. 4. *Tempesta sedata*,
Matth. c. 8. *A dæmon obseſsus liberatus
a Christo*, Matth. c. 9.

Anno Christi 31.

I Nitio anni 31. five secundi prædicationis sue quid primum factum a Christo Domino?

R. Ut declinaret invidiam Phariseorum, statuit, Iudæa relicta, in Galilæam venire. Samaritam ergo pertransiens, ut in Galilæam descenderet, Samaritanam fœminam prope puteum Sichem inventam allocutus ad veram religionem convertit. Conversa fœmina universam ferme civitatem exemplo suo, ac vocibus ad eandem pertraxit, adeo ut ad eum omnes confluenter, rogarentque eum enixe, ut secum commorari vellet.

Annuine Christus eorum votis?

R. Duos ibi dies commoratus prædicavit iis æternam salutem, docuitque venisse jam tempus, quo neque in monte Samaria Gari-zim, neque in arce Sion in Iudæa Deus esset arietum, & agnorum victimis adorandus, sed in spiritu, & veritate.

Relicta Samaria, quoniam abiit?

R. Ve-

R. Venit in urbem Capharnaum, ubi cum multa edidisset prodigia, neutiquam populum illum adduxit, ut se tamquam Messiam agnoscerent, ac sequerentur.

Excitata dira in mari tempestas nonne hoc tempore sedata est?

R. Cum in navi esset Christus Dominus cum discipulis suis, ac validus ventus insurgens fluctus maris agitaret, præcepit ventis, ut quiescerent: & quieverunt.

Cum ostendisset potentiam suam Dominus, qua maris fluctibus imperabat, nomine candem & in dæmones prodidit.

R. Eam prodidit, cum multos, quos dæmon intraverat, a captivitate dæmonis liberatos suis integrlos, incolumentque restituit; eluxitque tum potissimum, cum eum libertavit hominem, quem malus per montes, ac monumenta spiritus agitabat, frenement, ac spumas ore fundentem, furioso similem, carnium fuarum voratorem, sibi, & ceteris infensum, atque inimicu.

Quid hic obseſsus egit, viſo Domino?

R. Ad eum curcurrit, genua flexit, clamavit: Jesu Fili Dei Altissimi, cur venisti ad nos ante tempus perdendos?

Quid Christus dominans ad hæc?

R. Compulit eum, ut nomen proderet suum; depositus dæmon; Legionis sibi esse nomen, quoniam innumera propemodum erat multitudo.

Quid rogavit Christum dæmon?

R. Illud rogavit, ut, si inde exire se necesse erat, sibi ea salem facultas daretur, ut in vicinum porcorum gregem ingredi posset.

Eſtne hæc permitta facultas?

R. Permissa est, ac brutorum animantium illorum duo millia a dæmonie obſeffa in ma-re fe-

re se projecerunt , & aquis se præfocarunt :
Quid omnibus hisce , aliisque pluribus
prodigis effectum?

R. Effectum est , ut numerus Christi di-
scipulorum in dies aangeretur ; atque inter
ceteros Evangelista futurus Matthæus , pu-
blicani munere functus ad eam diem , telo-
num repente deseruit , ut Apostolus fieret ,
& lucra animarum/quareret , qui ad id us-
que temporis pecuniarum lucris inhiarat .

Nonne paulo post rogavit Matthæus Do-
minum , ut secuni ad cenam veniret ?

R. Rogatus accessit Christus Dominus ad
Matthæi convivium ; intuitusque Pharisaos
obmurmurantes , quod ad publicanum , &
peccatorem divertisset , retutit eorum sive
invidiam , sive inscitiam , docens se esse
medicum , qui sane non ad bene valentes ac-
cedat , sed de ægrotis tantummodo sollicitus
sit , atque anxius ut bonam iis validitudinem
restituat .

C A P U T IX.

*Paralyticus sanatus , Matth. cap. 9. Sermo in
monte habitus a Christo , cap. 5. Lepra
percussus Centurio , cap. 8.*

Anno eodem.

Nonne hoc tempore Paralyticum Domi-
nus sanavit in Capharnaum ?

R. Paralyticum hunc non solum ab æ-
gritudine corporis , sed etiam infirmitate ani-
mi , qua sane gravissima tenebatur , multa
peccatorum lue correptus , sanavit , eorum
fidei ratione habitâ , qui eum ad se se deu-
lerant .

Pharisei & scribæ audientes a Christo Pa-
rally-

ac Novi Testamenti . 177
ralylico dimitti peccata , quo animo id ex-
cepere ?

R. Clamatunt has esse blasphemias , ne-
minem posse peccata dimittere , nisi si Deus
esset ; id propterea a puro homine , qualis
Christus esset , effici omnino non posse , spon-
deri vero non sine temeritate , atque impie-
tate . Verum , curata ægroti hominis ingenti
miraculo paralysi , ostendit Christus se pu-
rum hominem non esse , sed divinam sibi
conjunctionem esse naturam .

Nonne hoc codem anno elegit Apostolos ?

R. Cum ad ejus doctrinam , ac prædica-
tionem innumeræ propemodum multitudo
confueret , ex ea duodecim sibi junxit Aposto-
los , quos post obitum muneris sui vicarios
relinqueret . Eleos mox duxit in montem ,
cum turba præterea eum , multa sequebatur .
Cur eos duxit in montem ?

R. Ut iis novam doctrinam traderet , ac ,
rejecta mundi sapientia , doceret eos , veram
felicitatem iis tantum inesse , qui pauperes
sint spiritu , qui lugeant , quos calamitates
omnes tencant , quos hominum invidia , at-
que odium exagit . Monuit eos præterea .
nt a Doctrina Pharisorum caverent sibi , at-
que in eo toti essent , ut non externas acri-
ones compонerent , sed interiorem hominem ,
qui *cordis homo* dicitur ab Apostolo , cum
nihil ad gratiam , ac rumorem faciendum
sit , sed sint omnia ad virtutem , atque ho-
nestatem referenda .

Quanam Christi miracula consequuntur ?

R. Constituta , ac firmata recta vivendi
ratione juxta Christianæ præcepta Philoso-
phiz , duo miracula edidit , quæ in Evan-
gelio referuntur . Alterum est quo hominem
lepra percussum non sanavit solum a lepra ,
sed & ad Christianam pertraxit religiosam .

Alterum quale fuit?

B. In Capharnaum magna conficiebatur
trunna Centurio quidam, quod puerum ha-
beret ad interitum prope perductum; hic
propterea Iudeos quosdam ad Christum mi-
sit, ut puer a letalii morbo eximeretur.

Audiitne Centurionis greces Christus Do-
minus?

B. Tam libenter has preces Centurionis
cepit, ut statim ad eum perrexerit, pra-
sentia sua salutem datus agrotro. Verum
in medio itinere factus ei obviam Centurio
clamavit fidei plenus, ac spei: *Domine,*
non sum dignus, ut intres sub sedum meum;
sed tantum dic verbo, & sanabitur puer
meus.

Quid ingens hæc Centurionis fides obtinuit?

B. Id effectit, ut puer statim vel ab ab-
fente Domino salutem reciperet, ac statim
e lecto bene valens conssurgeret, petinde ac
si nunquam agrotasset.

Præter tam multos infirmos saluti restitu-
tos, hominemque quempiam fato funestum ad
vitam revocavit?

B. Revocavit multos, quorum aliquos sa-
cra historia recenset, multos prætermisit.
Prima omnium, temporis ordine servata,
puella fuit Archisynagogi cuiusdam Jairi filia.

C A P U T X.

Filius Vidua urbis Naim, Luc. cap. 8.

Magdalena, Luc. cap. 11.

Quis est secundo loco a Christo suscita-
tus?

B. Filius Viduæ cuiusdam ex urbe Naim,
cum ad sepulturam efferretur, suscitatus a
Christo est solius vocis imperio.

Non-

Nonne sub hoc tempus insignis & sanguini-
tis clatitate, & viciorum omnium genere
famosa Magdalena ad Christum conversa est?

B. Ut cognovit Magdalena & peccatorum
suum magnitudinem, & divine clementie
largitatem, intellexitque Christum Domini-
num recubuisse in domo Simonis Leprofi ad
convivium vocatum, eo sordidata, ac la-
crymis, & squalore obsita perrexit, ad il-
lius provoluta pedes, eos osculari coepit,
lacrymis rigare, odoribus inspergere, ac
deinde capitis crinibus tergere.

Quid Phariseo hæc intuitu venit in men-
tem cogitare?

B. Ea Phariseum subiit cogitatio, non
posse Christum Dominum Prophetam esse,
quippe qui peccatricem feminam sustine-
ret, & hæc ab ea officia susciperet.

Quid tum Christus Dominus?

B. Scrutatus recessus Pharisaicæ animi, ut
ex animo illius hanc suspicionem evelleret,
affirmit placere sibi non peccata Magdalense
priora, sed amorem præsentem, quem ei
multis rationibus amori præponeret, quo se
ad convivium invitatum non satis urbane,
humaneque receperat, non data pedibus
aqua, ut moris erat, non incho capite, ut
par erat.

Quid interim Magdalena?

B. Rediit dominum, ut primum a Christo
audivit solutan se gravissimis peccatorum
vinculis, quibus fuerat ad eam diem irte-
rita, eo nomine; quod dilexisset ardenter.

C A P U T XI.

Joannis Baptista martyrium, Marc. cap. 6.
Panis multiplicatur. Petrus super maris undas sicco graditur vestigio, Matth. c. 14.

SUB finem precedentis anni dixisti Joannis inibi semper degunus?

R. Detentus inibi est, donec morti acerbitissime additus est ab Herode in gratiam filiae Herodiadis, quae, caput Joannis in disco sibi ut daretur, petuit:

Anno Christi 32.

Post mortem Joannis quid actum a Christo?
R. In desertam secessit cum discipulis suis felitudinem, ubi facta ab eo est ea panum, ac piscium multiplicatio, ut quinque milibus hominum pabulum prabuerit, & duodecim præterea cophini superfuerint.

Quid hoc miraculo efficit?

R. Id tam ingenti admiratione populum cepit, ut de eo in Regem creando deliberaret; fecisset id pia turba, nisi Christus ad eum honorem declinandum fugisset in montem, & ab ejus oculis surripiisset.

Quid in monte fecit Dominus?

R. Oravit, inde jussit discipulos ante se transfretare. In medio mari cum esset, ad eos venit ambulans sicco pede super aquas maris; in iunctus id Petrus ad eum conversus clamavit: Domine, si tu es, jube me ad te venire super aquas. Cui Dominus, ut venire, respondit:

Venire Petrus ad Christum?

R. Statim suscepit iter; sed in medio itinere

here cum ventus validus insurrexisset, timore perterritus, in fide hastare cepit, ac fluctuare: ac propterea mergi, ac magno, novoque timore concussum clamare: Domine, saluum me fac. Extendit Dominus manum, atque incolumem periculo extraxit, eo nomine prius increpitum, quod modice fidei argumentum dedisset. Navim ingressis, cessavit illico ventus, sedata tempestas est, ac litus navigium tenuit. Haec sunt, quæ ad secundum Prædicationis Christi annum videntur pertinere.

C A P U T XII.

Transfiguratio Iesu Christi, Matth. cap. 17.
Leprosi decem, Luc. cap 17. *Mulier adultera*, Joann. c. 8. *Cacus a nativitate*, c. 9.

Anno Christi 33.

Nonne hoc eodem anno transfiguratus est Dominus?

R. Ita est; asumptis secum tribus ex discipulis suis, Petro, Jacobo, & Ioanne, duxit eos in montem excelsum seorsum ad orandum: Extemplo ante eos novo cepit, & ad eam diem unquam conspecto lucere splendore. Altus tenebat tum sopor Apostolorum illos; sed in eo rerum articulo experienti, majestatis tanta fulgore oculorum eorum acies obstrictæ sunt, animique in admirationem conversi.

Quid cum Petrus ad Jesum?

R. Ratus, eam esse gloriam illam, easque mansiones, quas identidem Dominum memorantem audierat, exclamavit attonito similis: Domine, bonum est nos hic esse; faciamus hic tria Tabernacula, Tibi unum;

Moysi unum, & Eliae unum. Simil enim cum Christo latere ejus astantes vidi Moy-sen, & Eliam.

Quoniam modo decem leprosi sanati sunt?
R. Cum per Samariam iter haberet Ie-fus, incidit in leprosos decem, qui eum orarunt, ut misereri vellet ipsorum. Respi-ciens eos Dominus præcepit iis, ut irent, & ostenderent se Sacerdotibus. Factum est autem, ut, cum ad Sacerdotes lati properarent prosperatio beneficio, extemplo ne sen-tientes quidem sanitatem recipereant.

Quid post hæc a Pharisæis insidiarum stratum adversus Christum?

R. Ut eum in verbo caperent, & hac ra-tione ab eo pias turbas abducerent, mit-tant, qui coram eo sistant feminam in adul-terio deprehensem; Jesus autem, eorum co-gnita improbitate, pronus in terram in ea cha-racteres aliquos digito exaravit. Inde vultum, & corpus attollens, & ad accusatores conversus pronunciavit: si quis ve-strum est, quem nulla teneat peccati labes, is primus in adulteram feminam lapi-des jaciat. Cum itaque nemo esset, qui tantum de se se præsumeret, abidere omnes, reliqua feminæ, quam increpatam prius inox dimisit sine ullo supplicio.

Quid post hac accidit Christo, cum in templo Hierosolymis prædicaret?

R. Injuriis eum Judæi infestabantur, & Samaritanum vocabant, injecissentque in eum manus, nisi is e templo exiisset, & ab eorum se furore subtraxisset, quod nondum tempus consummandi in Cruce myste-rii advenisset.

Inde digressus quid egit?

R. Iude cœcum a nativitate die sabbati oculos luto ex sputo oblinens, ad piscinam

Siloe

Siloe misit, ut lavaret se; quo facto visum recepit.

C A P U T XIII.

Suscitatio Lazari, Joann. cap. ii, Zachæus, Luc. cap. 19.

Anno Christi 34.

IN quem annum Christi incidit Lazari fu-scitatio?

R. Suscitatio hæc Lazari contigit paulo ante quartum, & ultimum Pascha, quo crucifixus est Christus, imo ea necis Christi occasio fuit. Christus enim vixit annos triginta tres, ac menses tres, qui a natali ejus usque ad Pascha decurrunt. Quare quartus hic prædicationis Christi annus fuit tantum inchoatus, non compleitus.

Quomodo ergo hæc suscitatio facta est?

R. Cum quatriduanus in sepulchro Lazarus jaceret, iussis, qui aderant, tollere lapidem, quo monumentum operiebatur, clamauit Jesus voce magna; Lazarus, veni foras. Quibus vocibus obsecuta mors, vita Lazarini restituit, stetit is coram universa multitudine.

Lazarium suscitatum quid sequitur?

R. Cum Publicanus quidam, Zachæus nomine, intellexisset Christum Dominum appropinquantem Hierichuntinæ urbi, festinavit in occursum illius; cumque videre eum non posset præ turba, quod statura pusillus esset, ascendit in arborem sycomorum, qua secus viam sita erat. Tollens in altum oculos Dominus iussit eum propere de-scendere, ut se in domum reciperet suam. Descendit illico Zachæus, Bonumque recepit

hospitio, atque auri cupiditate, qua ad id usque temporis vehementius exarserat, deposita, ad veram religionem conversus est.

C A P U T XIV.

Triumphus Christi; Venditores de Templo pulsii, Joann. cap. 12. Ultima Christi Cana, cap. 13.

TRiumphantis in speciem dicitur deinde Dominus Hierosolymam ingressus, quoniam id modo peractum?

P. Dominica scilicet Palmarum, quæ anno illo incidit in diem 20. Martii, Bethania digressus Dominus venit in Bethphage; illuc uestis asino palliis discipulorum strato, populo cum ramis palmarum applaudente, & clamante: *Hosanna filio David, quasi triunphans, ac Messias Hierosolymam ingreditur.*, cumque ei appropinquaret, ejus prænuntialis exidium illacrymavit.

Urbe ingressus quoniam perrexit?

P. Templum adiit, ex eoque ementes, & vendentes ejecit, ac multos agros sanavit, frenidentibus idcirco Pharisæis.

Reliquis, qui supererant, viæ diebus, quibus rebus operam dedit Christus?

P. In reliquo illo brevissimæ vita tempore totus fuit, ut & per parabolæ, & per apertum sermonem eas res doceret Apostolos, quibus universa Christiana religio continetur. Instructis discipulis, rebus jam omnibus aliis absolutis, jussit ea omnia parari, quæ ad Paschatis Judaici solemnitatem celebrandam requirebantur.

Paratis omnibus, estne ipse fecutus Apostolos?

P. Cum omnia intellexit esse parata, vespere

spercere cum discipulis agnî cœnam celebravit, ac post eam discipulorum pedes lavit, incipiens a Petro.

Nonne restitit Petrus, quantum potuit?

P. Restitit is quidem primum, verum, ea audita comminatione: *Si non la vero tibi pedes, non habebis partem mecum: divinæ morem gessis voluntati.*

Nonne lotis discipulorum pedibus sanctissima Eucharistia est instituta?

P. Accipiens nempe Dominus panem, benedixit, fregit, deditque apostolis, dicens solemni formula: *Hoc est corpus meum.*

Tradidit & proditori Iuda corpus suum Dominus?

P. Tradidit; at tantum absuit, ut sanctissimus cibus quidquam proditori profuerit, ut post buccellam statim ejus corpus dæmon intrarit, neque prius inde receperit, quam medius proditor disnumperetur, atque a dænone secum ad æterni supplicii locum descendenter.

Quid post hæc Judas?

P. Egressus illico ad scelus perficiendum Sacerdotum Principes adit, & cohorte militum stipatus ad Christum properat, ut eum catenis vincitum ad judicium trahat capitale.

C A P U T XV.

Iesus in horto; capitur, ad Annam ducitur, & ad Caipham, atque ultimo ad Pilatum, Matth. cap. 26.

POst cœnam quo se Christus recepit?

P. A cœna, eadem nocte, dicto gratiarum actionis hymno, egressus urbe in montem olivarum oraturus secessit in horum,

tum , ac seorsim coram Petro , Jacobo , & Joanne ex viva mortis instantis apprehensione ingens eum pavor , ac tedium occupavit . Tandem agoniam subiens sanguineo sudore manavit . Ideoque ad subeundam mortem ab Angelo animatus advenienti mox Iudea ultra se osculandum , ac Judæis vincientibus obtulit , Petrumque ad sui defensionem , districto gladio certantem cohibuit .

Quis ille est , quem gladio percusit Petrus?

B. Malcho auriculam abscedit Petrus , quam tamen manus sua contactu Christus ei statim integrum , sanamque restituit .

Vincens a Judæis Dominus quoniam transiit?

B. Traitus est primo ad Annam , deinde ad Caipham illius anni pontificem , qui cum libere responderet , a satellite alapæ infligitur , productisque falsis testibus , & ob falsitatem reiectis , rogatus ipse Jesus , an esset Messias , ac Dei Filius , cum id assereret , quasi blasphemus damnatur , & illuditur .

Quid interim Petrus a longe Dominum secutus?

B. Petrus ab ancilla , & Judæis ter interrogatus , an Christi discipulus esset , ter negavit , sed aspiciente eum Christo resipiens , inde egressus flevit amare .

Hæc die Jovis nocte post cœnam gesta sunt : qui die inferuent?

B. Feria sexta , sive die Veneris 25. Martii , mane Concilium a Caipa coactum Jesum iterum damnavit , ac plectendum tradidit Praesidi Romanorum Pilato .

Quis tum Judæ proditori animus fuit?

B. Salute sua desperata , laqueo se suscepit , projectis prius in templum argenteis ,

teis , quibus deinde Judæi emerunt agrum in peregrinorum sepulturam .

Dannavitne statim Dominum Pilatus?

B. Pilatus Jesum , licet a Pontificibus damnatum , & ab eis sibi traditum damnare primum renuit , & multis eum rationibus voluit absolvere . Verum mox murmure , ac seditione in populo coorta , jussit eum flagellis cædi .

C A P U T XVI.

Christus flagellis laceratur ; Ecce homo : Christus Crucem desert , Matth. 27.

D Amnatus ergo Jesus quoniam primum affectus est supplicio?

B. Columnæ primum est marmoreæ alligatus , ubi innumeris prope flagellis ita omnia lacerata sunt membra , ut nullus jam reliquus in toto corpore vulneri locus esset .

Quid flagellis succedit?

B. Spinea corona capiti ejus imposta est , veste purpurea corpus coniectum , ut ei veluti scenico Regi illudetur . Quæ sane species ita Pilati commovit animum , ut putaret posse se eo spectaculo immitem aliquoquin populum ad misericordiam flexere , & a novis infligendis suppliciis avocare . Eduxit ergo eum , ut conspiceretur a Judæis clamans : *Ecce homo :* at illi crudeliores esse , contentis vocibus illud postulant , ut crucifigatur ; minanturque Pilato effecturos se , ut amicus non sit Cæsar , si Jesum , qui se Regem facit , impunitum dimittat .

Quid tum Pilatus?

B. Confert Pilatus Jesum cum Barabba homine seditionissimo , ut vel saltēm hac ratione , unum a morte in Paschate de more ibe .

liberari , Iesum eligerent , ac seditione præfarent ; at illi Pontificibus suggestoribus liberari Barabbam postulauit , Iesum crucifigi .

Ergo damnato ad mortem Jesu , quodnam mortis genus est constitutum ?

R. Crucis supplicio damnatus est ex Pilati sententia , illudque additum , ut ad supplicii locum crucem ipse eam gestaret , in qua Patri spiritum esset traditurus . At in itinere veritatis Judai , ne Jesus oneri succumbet , Simoni Cyrenæ post Iesum bajulandam imponunt . Sequuntur mulieres plangentes , quas Jesus , ut suas , atque urbis calamitates defleant utilius , hortatur .

C A P U T XVII.

*Christus crucifixus est , sepelitus , Matth. c. 27.
Resurgit , cap. 28.*

UT ventum est in montem Calvarię , quis primus horrificę tragedię actus fuit ?

R. Primum Judai propinavit Christo venum felle mixtum , ac deinde myrratum , neutrum ipse bibere voluit , mox vestibus spoliatus , & humi super crucem stratus , eidem clavis affixus est hora sexta ; crux deinde erecta est cum titulo causa , atque ab utroque ejus latere duo suspensi latrones . Denique in ejus conspectu milites vestimenta inter se partiti sunt .

Nonne alter ex latronibus salvus factus est ?

R. Conviciati primum quidem sunt Christo latrones ambo ; sed mox alter ex iis resipuit , Iesumque Messiam confessus deprecatus est , ideoque a Iesu audire meruit : *Hodie mecum eris in Paradiſo .*

Quid

Quid interim mater ejus Maria , quæ tunc stabat ante Crucem ?

R. Miserentem eam , ac dolentem consolatus Filius , eam Joanni Evangelistæ commendat ; eamque recipit Joannes in sua .

Quidquamne præterea accidit , antequam moreretur ?

R. Clamat Dominus , *Sitio* : inde vociferatur : *Consummatum est* : denique in manus Patris spiritum commendans circa horam diei nonam expirat .

Quid mirum mortuo Christo Domino congit , quod tum omnium mortaliū genus admiratione , atque horrore concussérit ?

R. Mortiente Christo , Sol obscuratur , terra concutitur , petra scinduntur , monumenta referantur , velum templi scinduntur , ut creaturæ omnes Creatoris sui mortem lugere , ac deplorare videantur : quibus commotus Centurio , aliique e populo spectante percussi sunt , ac tundentes pectora domum reversti .

De cruce depositum Christi corpus estne sepulchro traditum ?

R. De cruce depositum , atque unguentis delibutum , honorifice a Iosepho ab Arimatea , & Nicodemo sepelitur : a Pilato custodes sepulchro apponuntur , ac sepulchri os lapide clauditur , & obfignatur .

Nonne Christus resurrexit a mortuis ?

R. Jesus die tertia a morte sua , scilicet die Dominica , quæ fuit 27. Martii , e sepulchro gloriōsus surrexit ante auroram , ac lapidem , quo sepulchrum cludebatur , per dotem subtilitatis penetrans exivit . Quare mulieres , cum summo mane ad sepulchrum venirent , Christi corpore non invento , intellexerunt ab Angelis , Christum resurrexisse . Id illæ statim Apostolis nunciarunt ,

C A-

C A P U T XVIII.

Discipuli pergentes in Emmaus, Luc. cap. 23. *Ascensio Christi Domini ad Calum*, Act. Apost. cap. 1. *Pentecostes*, Act. cap. 2.

Nonne Christus & duobus discipulis per gentibus Emmaus, cum surrexisset, apparuit?

R. Ita est: apparuit iis Dominus, ac multo tempore cum iis commemoratus non est cognitus, nisi in mensa sub vesperam, cum panem frangeret.

Quanto tempore in terris conspectus est, postquam resurrexerat?

R. Quadragesima dierum spatio, quibus absolutis, discipulos educens in monte Oliveti, docens eos, atque instruens, ac promittens brevi futurum Paracleti spiritus adventum, data benedictione, in calum gloriosus ascendit, sedetque ad dexteram Patris, atque inde Ecclesiam suam regit, ac protegit.

Quid potissimum, antequam in Calos ascenderet, Apostolis praecipit?

R. Praecipit iis, ut eentes in orbem terrarum universum prædicarent Evangelium gentibus omnibus, itaque, nisi renuerent, sacramentum baptismi, nulla exceptione aut Judæi, aut Idololatræ servata, conseruent.

Cum Christum ascendentem vidissent Apostoli, doluerent tanta jactura nomine?

R. Doluerunt quidem primum, sed mox in gaudium verius est dolor, quod duos viderunt homines divinitus de celo delapsos albis ictibus vestibus, a quibus haec exceperunt: *Viri Galilai*, quid aspicitis in

Ca-

ac novi Testamenti.

197

Calum? hic Jesus, qui assumptus est a vobis in *Calum*, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in *Calum*?

Ut Spiritu sancto, quem accepturi erant Apostoli, digni fuerint, quibus rebus dedere operam post Christi Domini Ascensionem?

R. Erant unanimiter perseverantes in oratione, & communicatione fractionis panis, ut Spiritum sanctum merenterent accipere.

Nonne sub hoc tempus in Iudeæ prævaricatoris locum S. Mathias Apostolorum collegio est aggregatus?

R. Cum duos elegissent Apostoli, quorum alterum in Iudeæ proditoris locum substituerent, Joseph cognomento Justum, & Mathiani, cumque par utriusque pietas esset, par virtus, post longam orationem, commissa vel fortibus a Domino dirigendis, vel communibus omnium calculis eleæcio est. Cecidit super Mathiam.

Quanto tempore Apostoli Spiritum sanctum sunt præstolati?

R. Per decem dies.

Quid, hoc peracto tempore, accidit?

R. Magnus ex improviso rumor auditus est, velut fœvientis cum omni impetu, atque fragoræ procellæ, quo tota domus, ubi discipuli congregati erant, repente personauit. Hinc multæ veluti linguae ignæ visæ sunt unicuique illorum insidere, & tunc omnes Spiritu sancto impleri sunt, variisque loqui linguis cœperunt.

Cum Apostolos variis loquentes linguis audirent, qui Hierusalem incolebant, quid tandem opinabantur?

R. Vini eos putabant violentia agi, ebriosque despere.

Quid, Apostolus Petrus peregit, quo se, ac socios ab hac errore purgaret?

R. Se

B. Se neque manducasse , neque bibisse palam professus est , sed Spiritum sanctum hujusmodi in ipsis miraculum operari , ad ducto ad id Joaelis Prophetæ vaticinio .

Quot numero homines in prima S. Petri prædicatione ad Christum conversi sunt ?

B. Qui Petri primum recepero sermone , & statim baptizati sunt , ad tria milia fuerunt .

C A P U T X I X.

Claudius curatur , Act. 3. Anan. & Saph. cap. 5. D. Stephanus lapidibus obruitur , cap. 7.

Anno Christi 34.

Q uodnam secundo loco miraculum D. Petrus operatus est ?

B. Illud , quo cuidam claudio sanitatem restituit . Ut enim iussit eum in nomine Jesu surgere , statim suis stans pedibus ambulavit .

Nonne populus hujusce prodigii admiratione captus est ?

B. Tanta eum facti hujus admiratiocepit , ut inde quinque eorum millia , comonente , ac prædicante , fidem Christi alacri animo suscepserint .

Quid synagogæ Principes , hoc audito , visoque prodigio , in Apostolos moliti sunt ?

B. Ne amplius in posterum in nomine Christi Jesu prædicarent , eis interdixere .

Quid interim Apostoli ? intermisere ne susceptum prædicationis officium ?

B. Nihil sane minus . Quin immo majori inde ardore Christi dogmata promulgarunt ,

Non.

Nonne hoc circiter tempore Ananias , & Saphira mortis poenam subie runt ?

B. Nimurum damnati a S. Petro , propterea quod Spiritui Sancto mentiti essent , cum agrum quendam minori a se prelio , quam revera esset , venditum dictarent , & juramento interposito confirmarent , re pente , non secus ac si ita essent fulmine , ante ejus pedes mortui ceciderunt .

Cur autem Spiritui sancto mentiti erant ?

B. Solebant Christifideles primitiva Ecclesiæ omnia , que possidebant , divino ministrorum voto obligare , quo facto , omnes simul fratrum more degebant . Quare , cum etiam Ananias , & Saphira se , tuaque Deo aut jam vovissent , aut oblatri mox essent , pretium agri sui ad hoc venditti mutantes , ac celantes Spiritui sancto mentiti esse dicuntur .

Quo supplici genere Sanctus Stephanus est affectus ?

B. Propterea quod firmissima erat , & ardentissima in Deum charitate , lapidibus undequaque contusus , obrutusque fuit , & quo tempore lapidum veluti procella petebatur pro iis , a quibus jaciebantur , enixe postis genibus orabat .

Explata ne est Protomartyris Stephani sanguine innmanis in Ecclesiam Tyrannorum crudeliter ?

B. Quinimum aucta magis est , adeoque crevit , ut omnibus fidelibus terra , marisque dispersi , per diversas , easque remotissimas terrarum partes , vagari fuerit necesse .

Quid memoria dignum Divus Philippus Diaconus fecisse dicitur ?

B. In Samarian profectus Christi fidem aperiisse prædicavit , plurimosque convertit .

Quo inde profectus est ?

B. Monitus fuit ab Angelo ; ut gressus

194 Historia Veteris,
dirigeret meridiem versus ad viam, quæ ab
Hierusalem descendit in Gazam.

C A P U T X X .

Eunuchs baptizatur, Acto. 8. Paulus ad fidem Christi convertitur, 9. Cornelius baptizmū lavacro regeneratur, &c.

C Um Philippus Gazam pervenisset, quid vidisse fetur?

R. Reginæ Æthiopæ Eunuchum vidit deuentum domum ab Hierusalem, quo ad adorandum Dominum pertexerat.

Nonne Deus ad conversionem hujusce Eunuchi D. Philippo usus dicitur?

R. Ita sane factum legimus: nam, cum ei Sanctus Diaconus quendam Scriptura locum, in quo Iesu Christi mentio siebat, spernisset, divino lumine illustratus, baptis-
mum ab ipso suscepit.

Quid de Paulo? quoniam tandem pacto Christianam religionem amplexus est?

R. Cum nihil aliud, prater Christianorum sanguinem, ac cædem fitiret, & adhuc Damascum pergeret, ut si quos ibi inveniret Christianos, omnino dispergeret, repente divino tacitus lumine ex equo decidit præceps, vocemque audivit dicentis: Saulo, Saulo, quid me persequeris?

Quid tunc Saul?

R. Quis es, inquit, Domine?

Cui ille: Ego sum, ait Iesus, quem tu persequeris.

Quid post hæc Saulus?

R. Objurganti Deo pie, religioseque submissus exclamavit: Domine, quid me vis facere? Quo deinde duxisti est?

R. Damascum, in domum cuiusdam discipuli, nomine Anania.

Quid

ac novi Testamenti.

195

Quid tunc Ananias?

R. Saulo manibus impositis, inquit: Saulo frater mi, Dominus Iesus Christus, qui tibi apparuit in via, misit me, ut tibi oculorum lumen restituam: quibus dictis, statim ab ejus oculis caligo omnis depulsa est, & ipse per baptismum in Christianorum album fuit adscriptus. Inde vero suscepit Christi fidem prædicationis officio dilatare coepit, discipulisque divini Salvatoris adhaesit.

Nonne per hæc tempora Cornelius quoque Centurio Christi fidem suscepit?

R. Quinimmo paulo post totam etiam ejus familiam a S. Petro baptizatam legimus.

Quænam hoc tempore Jacobo, & Petro Apostolis calamitas contigit?

R. Rex Herodes Dei Ecclesiam acriter infecutus, interfecto Jacobo, Petrum in vincula coniecit, inde eum quoque occisurus, quo perfidis Judæis morem gereret.

C A P U T X X I .

S. Petrus vinculis solvitur, Act. 12. Claudius quidam funitari restituitur, 18. Paulus naufragium patitur, 28.

C Onsecuta ne est ex Herodis Regis sententia mors S. Apostoli Petri?

R. Non ita: Angelus enim, carcere aperto, Petrum a vinculis mirabiliter liberavit.

Post mirificam ejus liberationem, quid de illo narrat sacra Actuum Apostolicorum historia?

R. Nullum ferme amplius de illo verbum facit, sed tota inde in S. Pauli actibus referendis est occupata.

Quid ergo de illo narrat?

R. Quod cura Sanctus iste Apostolus elemo-

N 2

sy-

synas Antiochiae in Hierusalem tulisset (id enim muneris ad eum spectabat) una cum S. Barnaba electus, missusque a S. Spiritu fuit ad illustrandas sua prædicatione provincias Asiarum, fidemque per universa Graeciae regiones disseminandam.

Quid autem præcipua consideratione dignum in hac regione Apostolus patravit?

R. Suum in insula Papho egregium, ac singularem charitatis ardorem contra falsum quendam Prophetam, qui Proconsulem Sergium Paulum ad fidem properantem morari conabatur, ostendit.

In quo præcipue S. Apostoli zelus eniuit?

R. In hoc, quod in impium hunc, ac sceleratum hominem conversa acie, sancto Spiritu fervens eum sic Apostolica libertate compellavit: *Heu homo corde dupliciti manus Domini super te est, & cæcus eris.*

Ita ne, sicut Apostolus prædixerat, accidit?

R. Illico oculorum lumine orbatus fuit; quod magnum, & repentinum prodigium in causa fuit, ut Proconsul Christi dogmatibus alacriori animo adhæret.

Quo deinde S. Paulus ad prædicandum progressus est?

R. Antiochiam petiit, ubi cum prædicationem suam acerbis, ac minarum plenis verbis conficeret, nisi seculo alio recepisset, lapidibus proculdubio obrutus fuisset.

Quo igitur confugit?

R. In urbem, quæ Lystris nuncupatur, ubi illud præcipua admiratione dignum peregit, quod cum homini a nativitate claudio occurrisset, jussisseque cum surgere, pedibusque confondere, statim ille ad ejus imperium solutis pedum vinculis ambulavit. Quo ingenti plane miraculo adeo populus commotus est, ut S. Paulo, & Barnabæ sacrificia of-

offerre voluerit; Deos enim esse existimabat e Cœlo sub humana specie delapsos.

Qua tandem arte tantum S. Apostoli periculum, scandalumque averterunt?

R. Statim vestimenta sua manibus prehensa considerunt, ostenderuntque populo se homines esse, non fecus ac ipsos, & ea miracula a Christo Jesu omnino esse peracta.

Quo post hæc S. Paulus p.rrexit?

R. In Hierusalem profectus est, ubi paulo post piissime a Judæis acceptus fuisse dicitur: captus enim a Lystra tribuno ad Felicem missus est, qui statim diras, ac inhumanas Judæorum petitiones rejecit. Cum autem Praeses hic apud Regem Agrippam de illo verba aliquando fecisset, Rex, & Regina uxor eum ad se vocari jusserunt, quem cum vidissent, dicentemque audissent, innocentem esse deprehenderunt, dimittique eum posse absolutum dixerunt, nisi Cesarem appellasset.

Ergo ne S. Apostolus Romanum ductus est?

R. Revera cura hæc eidam duci, nomine Julio imposita fuit. Cum igitur diu adverso vento navigasset, tandem ad insulam Cretam appulerunt, ubi S. Paulus socios de imminentí tempestate frustra admonuit.

Quid Apostolus egit, fæva jam ingruente tempestate?

R. Singulos solatus, neminem peritura fore spopondit: probavitque eventus, vera eum prædictissime: fracta enim eorum navi, omnes simul incolumes ad Melitensem insulam pervenerunt, a cuius incolis admidum humaniter accepti sunt.

Diu ne S. Paulus hac in insula commotus est?

R. Tres numero menses, quo temporis spatii Publili patrem illius loci rectorem, mul-

tosque præterea alios ægrotos curavit. Romanum demum advenit, ubi per biennium se-re permanxit in quadam domo ab ipso conducta, in qua Christi fidem omnes ad se properantes edocebat.

Quid S. Petrum, & Paulum Romæ docuisse sacra refert historia?

B. Principem brevi regnaturum, qui universam Iudeam funditus everteret. Hac eodem anno die 29. Junii ambo isti sanctissimi Apostoli martyrium pro Christi fide subie- runt; Petrus quidem cruci, inverso capite, affixus, Paulus autem securi percussus.

Finis novi Testamenti.

CATALOGUS HÆRETICORUM VETERIS TESTAMENTI.

Quemadmodum tempore novi Testamen-ti, ita etiam antea, dum vetus adhuc lex vigeret, multi extiterunt, qui vel falsa rerum specie decepi, vel perversa adduci voluntate verae fidei lumen conati sunt, variis immixtis erroribus, obscurare. Quamobrem non alienum ab instituto nostro esse duximus illorum quoque diversa dogmata, sectasque, Alphabeti ordine insistentes, compendiaria more nostro via adnectere.

Primo itaque erant Heretici, qui voca-hantur *Astarothita*, & *Astaritha*, qui Sidoniorum falsam religionem sectantes Astaroth, & Astarthem illius populi vanum Numen, positis aris, adorabant.

Secundo erant *Baalita*, qui Baal, sive idolum Beli Regis Assyriorum loco Numinis venerabantur.

Tertio erant *Elygnostici*: hi Judæi natio-ne erant, qui Persarum more Soli sacrificabant.

Quarto erant *Efeni*; isti unam ex quatuor Samaritanorum fœcis constituebant; insigni plane prædicti erant abstinentia, nihi que, quod ad corporis voluptatem pertinet, sequebantur: sed Messiam, ut Prophetam tan-tum, venturum credebat, futurumque hominem justum quidem, non tamen Eum.

Quinto erant *Fortunatæ*, qui Fortuna sa-cra faciebant, Cœlique Reginam nuncupabant.

Sexto erant *Emerobaptista*. Hi quotidie corpus, & vestimenta sua lavabant, quod ei necessarium omnino esse credebat, qui va-care culpa, & immunis quocumque crimine esse cuperet.

Septimo erant *Molochites*, & *Rhamphaniæ*, qui Moloc, & Remphan Ammonitarum idola sacrilego cultu colebant.

Ottavo erant *Musonitæ*: hi mures, sori-celsque eam ob causam adorabant, quod sci-ent, quinque mures aureos a Philisteis Ar-æ fuisse impositos, cum eam populo Isra-elitico reddiderint.

Nono erant *Muscoronitæ*, qui eo demen-tie devenerant, ut Beelzebub muscarum Nu-mini litarent, Accaronitarum detestabilem cultum sectantes.

Dicimo erant *Pharisæi*; hi omnia fati ne-cessitate gubernari, susque deque agi existi-mabant, animas item ex uno in aliud cor-pus perpetuo motu, verigineque transire: omnino denique Astrologiæ, quæ judicaria dicitur, dediti erant.

Undecimo erant *Puteoritæ*, qui puteis re-

ligionis cultum exhibebant, reddituri per hoc beneficio aquarum gratiarum a^{et}ionem.

Duodecimo erant *Ranitae*; Ranas isti colebant, Deumque hoc cultu placari posse credebat, propterea quod multas ab ipso in Pharaonis supplicium quondam immisias legerent.

Decimotertio erant *Sadducæi*, qui animæ immortalitatem, corporumque resurrectionem negabant.


Decimoquarto erant *Samaritanæ*: isti idolum cultum cum veri Dei adoratione confundebant, animamque immortalem esse negabant.

Décimoquinto erant *Serpenticoli*, ita vocati, quia serpenteum æneum loco Numinis habebant, eo quod Moyses serpentem in deserto Dei iussu erexisset, ut in eum qui aspiccerent, a serpentum lethalibus mortibus curarentur.

Décimosexto erant *Tophetita*, qui Molech, seu Baal pueros mortales solebant, aræque nomine Tophet, eosdem imponere.

Décimoseptimo erant *Troglodite*, ex eo nomine mutuatis, quod idola in cavernis posita venerarentur.

Ultimo tandem loco venimus *Vitulicoli*, qui aureum vitulum ad montem Sinai adoraverant.



GENERALIUM CONCILIORUM

HISTORIA,

Quid Concilii nomine intelligitur?

¶. Conventus quidam designatur, in quo Ecclesiæ Patres congregati ea in medium consulunt, decernuntque, quæ Christianæ religionis, & Ecclesiastice disciplina summiopere intereste videntur.

Quan-

Quandonam Concilium dicitur generale? ¶. Tunc temporis Concilium generale vocatur, cum eidem omnes sacri Christianæ Recip. Patres (nisi legitime impediti fuerint) intersint, & cui ipse summus Pontifex praesidet, vel ejus loco missi ab Apostolica de Legati.

Nonne alio quoque nomine Concilium hoc nuncupatur?

¶. Vocatur Oecumenicum a nomine græco οἰκουμένη, quod terram habitabilem significat.

Quidnam Nationale Concilium significat?

¶. Congregationem omnium alicujus Regioni, aut Nationis factorum Antistitutum sub uno Patriarcha, aut Primate.

Provinciale vero Concilium quodnam est?

¶. Illud, quod ab Episcopis alicujus Provinciae uni Metropolitæ subjectis habetur.

Quid tandem Synodalis Concilii nomine vent?

¶. Conventus totius Cleri alicujus Diocesis ab Episcopo convocati.

Quānam fuerunt prima Ecclesiæ Concilia?

¶. Ea quinque, quæ ab Apostolis habita fuerunt, quarum quatuor Hierosolymæ, quintum vero Antiochiae celebratum legimus.

Quid tandem actum est in primo Concilio ab Apostolis habito Hierosolymæ anno 34?

¶. Joseph Barsabas, cognomento Justus, & Mathias sacri collegii judicio subjecti sunt, uter tandem infelicis Apostoli, qui Christum Iudeis tradiderat, locum occupare deberet, cui demum Mathias omnium Apostolorum consensu suffexit est.

Quid vero in secundo ejusdem anni 34. Concilio actum est?

¶. Septem Apostoli creati sunt Diaconos, quibus non solum rerum temporalium, quæ Christianis novitiis destinatae erant, admisi-

n-

nistrationem, sed sacrorum etiam curam com-
misserunt.

Quodnam decretum in tertio constitutum
est Apostolorum Concilio habito anno 51.?

B. Decreverunt Apostoli, homines non am-
plius teneri ad quasdam veteris legis cere-
monias.

Quid in quarto Concilio habito anno 58.
Apostoli differuerunt?

B. Veteris legis ceremonias, & ritus Ju-
dex ad aliquod tempus concesserunt.

Cedo nunc quintum ab Apostolis habitum
Concilium.

B. Illud Antiochiae peractum fuit, voca-
tumque a Concilio Niceno Sanctorum Apo-
stolorum conventus, cuius unum etiam ca-
nonem citat.

Quot numerantur generalia Concilia?

B. Decem, & octo, quæ aut locorum di-
scrimine, aut temporum ordine ab invicem
distinguuntur.

Recita nunc.

B. Ea sunt Nicena duo, Constantinopo-
litana quatuor, Ephesinum unum, Chalce-
donensis unum, Lateranensis quinque, Lug-
dunensis duo, Viennense unum, Florentinum
unum, ultimum denique Tridentinum.

Quodnam ex his primum fuit?

B. Illud, quod Nicæa convocatum fuit
anno 320. Sylvestro Pontifice, & Constanti-
no Imperatore.

Quot eidem interfuerunt Episcopi?

B. Tercenti decem & octo.

Qua tandem de causa istud Concilium ha-
bitum est?

B. Ad Arii sceleratam heresim damnan-
dam, qui in Christo divinitatem negabat.

Ubinam terrarum alterum Concilium fa-
cium est?

B. Con-

B. Constantinopoli, Damaso summo Pon-
tifice, & Theodosio Imperatore anno 383. cui
tercenti, & octoginta unus Episcopi interfueru-
erunt.

In quaenam Concilium hoc celebratum est?

B. Contra Macedonium iniurissimum sanc-
tificariacham, qui Spiritus Sancti divinitatem
negare non dubitabat.

Quodnam fuit quartum Concilium?

B. Quod primum Ephesi habitum est,
Cœlestino Pontifice, & Theodosio juniori
imperante anno 431. & huic ducenti nume-
ro Episcopi intercesserunt. Quam ob causam
hoc Concilium institutum fuit?

B. Ut Nestorius damnaretur, qui duas in
Christo personas ponebat; Beataque Virgi-
nem non Dei, sed Christi tantum, quaten-
sus homo est, matrem esse effutiebat.

Recita nunc cætera ordine Concilia, ubi-
nam, & qua de causa fuerint congregata.

B. Quartum Chalcedone habitum est,
Leone Pontificatum teneente, & Martiano im-
perium, anno 451. In hoc sexcenti, & quin-
quaginta Episcopi numerati sunt; fuitque con-
tra Eutychem, & Dioscorum, qui unicam
dumtaxat in Christo naturam agnosebant.

Quintum Constantinopoli, sub Vigilio
Pontifice, & seniore Justiniano Imperatore
anno 553. Quod centum & quinquaginta
Episcopi constituerunt contra heresim Ante-
mii, qui Beatam Virginem Dei matrem mi-
nime esse sustinere conabantur.

Sextum illud fuit, quod Constantinopoli,
Agathone Pontifice, & Constantino Pogona-
to imperante, mense Novembri, anno 680.
inceptum, anno 681. perfectum est. Quod
eam ob causam habitum est, ut Monotheli-
tatum heresis tolleretur, qui unicam in Chri-
sto voluntatem assertebant. Quæ Synodus de-
crevit, sanxitque, ut duplex in Christo na-
tura,

tura, duplexque voluntas, humana scilicet, & divina, ab hominibus coleretur. Huic autem Concilio 219. Episcopi interfuerunt.

Septimum, quod Nicæa a tercentis, & quadraginta Episcopis, Adriano Primo Pontifice, Ireneque, & ejus filio Constantino regnante secundo celebratum fuit, Iconoclastas petebat.

Octavum, Constantinopolis quartum, institutum fuit, Adriano II. Pontifice, & Basilio Imperatore, anno 869. adversus Photium, & Iconomachos, five factarum imaginum inimicos convocatum.

Nonum, Lateranense primum, sub Callisto Papa II. & Henrico quinto Imperatore, anno 1022. a nongentis Episcopis celebratum est. Actum in illo de recuperanda a manibus Saracenorū Sacra terra Iuda regione.

Decimum, Lateranense secundum, sub Innocentio Papa II. & Conrado III. Imperatore anno 1139. contra Antipapas, & ad disciplinam Ecclesiasticam reformatam habitum est.

Undecimum, Lateranense tertium, sub Alexandro III. & Theodorico I. anno 1179. propter Cleri reformationem, & contra Albigenses factum fuit, qui duo rerum principia ponebant, alterum bonum, nempe Deum, alterum malum, nempe dæmonem.

Decimum secundum, quod etiam magnum Lateranense Concilium dictum est propter immensum Patrum numerum, a quibus est constitutum, sub Innocentio III. Othono IV. & Theodorico II. anno 1215. indicatum est, ut in eo ageretur de terra Iuda redimenda, & de permultis hæresibus tollendis.

Decimum tertium, Lugduni primum, Pontifice Innocencio IV. & Theodorico II. anno 1245. indicatum fuit ad segregandum a communione fidelium Theodoricum Impe-

ratorē; qui, bello summo Pontifici illato, bona Ecclesiae temere, impieque usurpabat.

Decimumquartum, Lugduni secundum, incepit anno 1274. Gregorio X. Pontificatum, & Rodulpho imperium administrantibus. Multa in hoc a Patribus decreta de summi Pontificis creatione sancta sunt: quingenti adserunt Episcopi, Græcique ad Romanæ Ecclesiae unitatem recepti tunc temporis fuerunt.

Decimumquintum Concilium Viennæ in Delphinatu habitum fuit sub Clemente V. & Henrico VIII. Imperatore. Hic summus Pontifex Sedem Avenionem traduxisse dicitur, ac Templiorum ordinem supprexisse.

Decimum sextum Florentium Eugenio IV. Pontifice, & Imperatore Alberto anno 1439. constatum est illam per ipue ob causam, ut ejus decretis ad unitatem Romanae Ecclesiae Græci iterum assumerentur. Huic, præter ceteros, Ioannes quoque Palæologus Græcorum Imperator, ejusque Patriarcha Joseph, qui etiam eodem anno e vita decessit, interfuerunt.

Illiud præcipua consideratione dignum tunc accedit, quod Græci, & Armeni Latinis adhaerent, eisque Eugenius Fidei formulam est impertitus. Quæ concordia non sane potuit ad longum tempus perdurare: multæ enim Græcorum in Orientem eorum partiam reversi statim a Romana Ecclesia dogmatis reverserunt, unde schisma iterum exortum, quod ad hanc usque diem defletur.

Decimumseptimum Lateranense quintum fuit, Pontificibus Julio secundo, & Leone X. incepit anno 1512. & anno 1517. absolutum fuit.

Quid in augusto hocce consessu statum est?

205 *Historia Veteris,*
B. Bellum aduersus Turcarum gentem de-
creatum est.

Quodnam est decimum octavum , atque
ultimum OEcumenicum Concilium?

B. Concilium Tridentinum .

Quibus Pontificibus in Petri Cathedra se-
dentiibus est celebratum ?

B. Regnibus Paulo hujus nominis Ter-
tio , Julio Tertio , Paulo Quarto , Pio Quar-
to , Romani Imperii habendas tenentibus Ca-
rolo primum quinto , deinde Ferdinando .

Quo anno Concilio hunc initium datum est .

B. Anno 1545. haberi coepit , anno autem
1563. est absolutum .

Quanam res dedit huic convocando Con-
cilio occasionem ?

B. Errores , quos per Germaniam , & Gal-
liam Lutherus , & Calvinus , pessima Chri-
stiani nominis potentia , disseminaverant ,
Romanos Pontifices impulerunt , ut Conci-
lio oecumenico convocato huic pesti , ne
ferperet latius , occurserent .

Cur per tot annos hujus Concilii acta
protracta sunt ?

B. Quod ea esset inter Christianos Princi-
pes rerum constitutio , ut non facile posset
iisdem animis in egregium opus , atque
sanctissimum consipire .

N. B. Galli alia tria Concilia Generalia ad-
dunt: Pisanius, scilicet, Constantiense & Basi-
leense; quorum, Constantiense necessarium om-
nino videtur, in quo Canonica Martini Va-
leacione Schisma Antipaparum ablatum, &
in quo neque series, neque canonica Pontificum
Successio haberetur.

F I N I S.

L E

207
LECTORI BENEVOLO

Operis hujus

Latinus interpres .

Historiae huic veteris , ac novi
Testamenti placuit nobis in
ini gratiam , commodumque
nonnullas appendices ex Interpreti-
bus sacris excerptas attexere , que
multum tibi profutura sunt , si ad
sacra volumina accesseris perlegen-
da . Excipe has ea humanitate ,
qua historiam ipsam suscepisti , &
bene vale .



A.P.

APPENDIX I.

De Sacra Scripturæ Idiotismis.

Can. 1. **A**ternum sepe non significat pro-prie dictam æternitatem, sed longum aliquod tempus, cuius finis non pervidetur. Hebr. n. בָּהֵם bholam, idest æternum, significat seculum, quia occultum est, seu cuius terminus, & finis non perspicitur. Radix enim בָּהֵם bholam significat occultare, vel abscondere. Rursum æternum sepe non absolute, sed respective dicitur, & significat, durationem integrum rei, qui æterna est, non absolute, sed respectu certi status, reipublicæ, & gentis. Sic dicitur lex vetus duratura in æternum; id est semper, non absolute, sed respectu Iudeorum: quia nimis lex illa duravit tamdiu, quamdiu duravit Iudeorum resp. & synagoga; puta toto tempore judaismi; donec lex nova illi succederet: duratura enim erat, donec veritas per Christum illucesceret. Id ita esse patet; nam alibi eadem Scriptura dicit legem illam veterem esse abolendam, eique subrogandam novam Evangelicam, ut patet Jerem. 31. v. 32. & seq. sic æternum capit Horat. cum ait:

Servire æternum, qui parvo nesciet uti, non enim potest in æternum absolute servire, cuius vita ipsa, qua servit, æterna esse non potest.

Can. 2. Hebrewi per enallagen sepe sensum unum cum alio conmutant, & maxime visum pro quo-vis sensu accipiunt; tum quia visus omnium sensuum est præstantissimus, & certissimus; tum quia in sensu communi, qui est supra visum, & oculos, omnium sensuum sensaciones convenient.

Sic visus pro tactu capitur Joann. 20. 29. Quia vidisti, idest tetigisti, me, Thoma, credidisti; pro odoratu vero capitur Exodi 5. v. 21. In Hæbro: Feceris fecisti odorem (nomen, & famam) nostrum in oculis, idest, in naribus Pha-

raonis, pro gustu capitur Psalm. 33. 9. Gustate, & videte (id est sapite) quoniam suavis est Dominus, pro auditu capitur Exodi 20. v. 18. Popolus videbat, id est audiebat, voces; videre ergo idem est, quod cognoscere, vel clare percipere.

Can. 3. Peccatum sepe, maxime in Levit. sumitur metonymice. Primo, pro hostia oblata pro peccato: Secundo, pro pena peccati; Tertio, pro irregularitate, sive immunditia legali, ex fluxu menstrui sanguinis, semenis, lepra, vel ex contactu mortui contracta. Sic Levit. 12. v. 6. puerum vocatur peccatum, id est, immunditia legalis, & Levit. 14. 13. lepra dicitur peccatum, non proprie dictum, sed legale, id est irregularitas, quæ leprosum arcebat sacris, & convictu hominum.

Can. 4. Leges Dei vocantur, Primo, praæcepta, statuta, vel custodia; quia custodienda, aut cavenda præscribunt. Secundo, vocantur iudicia, quia inter homines dirigunt & dirimunt lites: in iudicio enim secundum leges judicandum, est. Tertio, vocantur iustitiae: quia statuum id, quod æquum, & justum est: quarto, vocantur testimonia: quia testantur voluntatem Dei, sive quid a nobis exigat Deus, sive quid a nobis vellet fieri. Quinto, vocantur testamentum, id est fodus, & pactum, id est conditiones pacti initii cum Deo: quia hac conditione pepigit Deus, tunc cum Iudeis, quam cum Christianis, se fore eis Deum, & patrem, si videlicet ipsi leges ejus servent.

Can. 5. In Sacra Scriptura crebra est Synecdoche. Sic genus capitur pro specie; ut facere horum, agnum, vitulum, significat sacrificare horum, agnum, vitulum. Sic pars capitur pro toto, ut implere manum, supplerre oleo, significat unctio manus consecrare aliquem Sacerdotem. Sic revelare turpitudinem, vel cognoscere foeminam, vel ad eam ingredi, est virum cum foemina misceri. Sic aperire aurem alicui, est ei ad auren loqui, sive insuffrare, indicare, & revelare aliquid.

Can. 6. Pari modo crebra est Metonymia, ut

Genes. x4. v. 22. Exodi 6.8. **Levo manum**, idest elevata manu coeli Dominum testor, & juro per Deum. Sic os significat verbum, vel preceptum, quod ore datur. Sic manus significat potestatem, vim, vel punitionem, quae manus fit. Sic anima significat vitam, vel ipsum animal, cuius forma, & vita est anima. Sic **vir sanguinum** vocatur homicida.

Can. 7. Pari modo frequens est Catachresis, ut cum pater rei alicuius vocatur is, qui est auctor, conditor, aut inventor rei, vel is, qui est primus, & praecipuus in illa re. Sic Deus vocatur pluvia pater, idest auctor. Sic **Demon** vocatur mendacii pater, idest auctor. Sic **Tubalcain** vocatur pater canentium organo: pater, idest primus, & inventor organi. Sic dicunt: **Percussit eos in ore**, idest in acie gladii: os nimurum gladii vocatur acies ipsa gladii, que homines absunt, & devorat, perinde, ut os devorat panem. Hoc enim modo leones, tigrides, lupi, aliaeque feræ ore suo percunt oves, canes, & boves, cum eos rictu oris sui laniant, discerpunt, & devorant. Simili catachresi filias vocat minora oppida, & vicos, quæ metropoli, quasi matri, adjacent, & sub sunt. Rursum ipsas urbes ob pulchritudinem, & elegantiam vocant **filias**, ut, filia Sion est urbs, & arx Sion: filia Ierusalem: est urbs Ierusalem: filia Babylonis est urbs Babylonis, idest ipsa Babylon. Pari modo **edificare** alicui domum, vel eam destruere, significat alicui dare, vel destruere, familiam, & proles. Domos nimurum significat proles, & posteritatem: unde Hebrei filios vocant **בָנִים**, **banim**, quasi **abanim**, idest lapides, a radice **בָנָה**, idest **edificavit**: nam ex filiis ut lapidibus, edificantur domus, & familiæ parentum, γάρ τοις οὐκεν πάντες εἰσὶν ἀπόγενοι, inquit Eurip.

Can. 8. Hebrei sepe verba realia accipiunt pro verbalibus vel mentalibus. Sic Levitic. x3: v. 6. x1. 20. 27. 30. dicitur, quod Sacerdos leprosum mundabit, vel contaminabit, idest, mundatum, vel contaminatum declarabit, & præ-

muntabit, ut hominum convictui restituatur, vel ab eo arceatur. Sic Jerem. r. v. 10. dicitur: **Confutui te super gentes**, **et super regna**, ut evellass, & desfruas, **et dissipas**, **et adfices**, **et plantes**: idest, ut prophetæ, & prædictæ has gentes evelendas esse, & destruendas; illas vero edificandas esse, & plantandas. Sic dicitur Levit. 20. 8. & c. 21. v. 8. 15. & 23. Ego Dominus, qui **sanctifico vos**, idest, jubeo vos esse sanctos.

Can. 9. Hebrei sepe tacent suppositum, sive personam, aut rem tam agentem, quam patientem; quia ex antecedentibus, vel sequentibus eam intelligendam relinquunt, ut Deuter. 33. 12. & alibi sepe.

Can. 10. Verba, & sententiae S. Scripturæ non semper referenda sunt ad proxime præcedentes, sed subinde ad remotas, que longius ante præcesserunt. Sic illud Exodi 22. 3. *Si non habuerit (fur) quod pro furto restitut, ipse venundabit;* non cum proxime præcedentibus, sed cum v. r. ubi dicitur. *Si quis furatus fuerit bovem, quinque restituet,* connectendum est. Sic Cast. r. dicitur, *Nigra sum, sed formosa*, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis, ubi tabernacula Cedar non possunt connecti cum formosa: erant enim ipsa deformia, utpote astu adusta, nigra, & fœda. Sic ergo hæc connecti, & exponi debent. Nigra sum, sicut tabernacula Cedar, cum hoc tamen simil formosa sum, sicut pelles Salomonis vermiculata, & regia.

Can. 11. Negatio Hebreis totum, quod sequitur negat, unde non omnis Hebreis idem est, quod nullus, cum Latinis idem sit, quod aliquis non.

Can. 12. Solet Scripturæ quedam promittere quibusdam, que non impletur in ipsis, sed in posteris eorum: ut significet Deus, se hæc posteris in ipsorum gratiam præstare: quia quod posteris datur, hoc ipsis, quorum posteri sunt portio, videtur dati, ut principio, & capiti posteritatis. Sic Abrahæ non in se, sed in posteris suis promittitur terra Chanaan, Gen. 13. 14. Sic Jacob. idest Jacobis, promittitur dominium

in Esau, idest, Idumaeos, Genes. 27. 29. Sic Genes. 49. duodecim Patriarchis promittitur, quod posteris eorum obuenturum erat. Tradit hunc canonem S. Chrysostomus, hom. 8, in Matth.

Can. 13. Licer S. Cypr. l. 2. contra Iudaos c. 5. Hilarius 1. 4. de Trinit. & Nazianz. tr. de fide, putent Deum in assumpto corpore visibilem apparuisse Abraham. Moysi, & Propheteris: tamen verius est omnes has apparitiones factas esse per Angelos, qui in corporibus assumptis personam Dei gerebant, ideoque vocantur Deus: ita Dionysius c. 4. Cœlest. Hierar. S. Hier. in c. 3. ad Gal. August. lib. 3. de Tri. c. ult. Gregor. in prefat. Moral. c. 1. & alii passim. Et probatur. Nam ille, qui apparuit Mosi, dixitque, Ego sum Deus Abraham, fuit Angelus, ut docet S. Stephanus Actori. 7. v. 30. Sic Dominus, qui tradidit legem Mosi in Sina, Exodi 19. & 20. a Paulo ad Gal. 3. v. 19. vocatur Angelus. Angelii enim sunt administratori spiritus, per quos Deus omnia sua exequitur,

Can. 14. Quando S. Scriptura nomen novum alicui imponit, intelligenda est non admovere nomen prius, sed posterius addere priori, ut jam utroque nomine possit, modo uno, modo altero nuncupari. Sic Genes. 35. 10. dicitur: Non vocaberis ultra Jacob, sed Israel, sensus est, q. d. Non tantum Jacob, sed etiam Israel appellaberis: sive namque postea adhuc Jacob vocatur. Sic Gedeon Judic. 6. v. 32. dicitur ex eo die vocatus Jerobaal; & nihilominus pergit Scriptura eum vocare Gedeonem. Sic Simon, postquam a Domino vocatus est Cephas, non raro post adhuc Simon appellatur.

Can. 15. Quando ei, qui nomen habet, nomen non comutatur, sed simpliciter, tacito, & presupposito ejus nomine, dicitur sic, vel sic vocandus, tunc non imponitur ei aliud nomen, sed significatur talis futurus, ut jure alio isto nomine vocari, & appellari possit: Sic Isaia 7. 14. Christus vocatur Emmanuel; & c. 3. Accelerapolia detrahere, festina prædari, & cap. 9. 6. Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis; & Zach. 6. v. 12.

voca-

vocatur Orions. Sic Joannes Baptista a Malachia vocatur Elias; & filii Zebedri in Evangelio vocantur Boanerges, idest, filii tonitruis.

Can. 16. Viri, & formæ olim erant polyonymi, unde non mirum, si eadem persona in Scriptura modo uno nomine, modo alio vocatur. Sic uxor Esau, que Gen. 36. 2. vocatur Ada filia Elon Hethæ, Gen. 25. 34. vocatur Judith filia Beeri Hethæ; & alia ejus uxor, que Gen. 36. 2. vocatur Oolibarna filia Anne, Gen. 26. 34. vocatur Basemath filia Elon. Sic sepe lib. 1. Paralip. per decem prima capita alia viris, & mulieribus dantur nomina, alia, inquam, ab iis, que habent in Genesi, Josue, Judicum, & lib. Regum. Sic idem est Abimelech, & Achimelch, Job, & Jobah, Achar, & Achan, Aram, & Ram, Areuna, & Ornan, Jetro, & Raguel.

Can. 17. Solet Scriptura causam vocare, & pro vera rei causa powere, quod tantum fuit occasio: eo quod ita soleant homines loqui, ut eventum undecimque provenientem vocent effidum, & occasionem vocent causam. Sic Gen. 43. 6. ait Jacob: In meam hoc fecisti injuriam, ut indicaretis ei, & alium vos habere fratrem. Nec enim filii Jacob hanc patris sui misericordiam intendebant, sed ea ex factis, & verbis illorum aliud agentium fortuito, & occasionaliter consecuta est. Vide Riberam in Amos 2. 19.

Can. 18. Hebrei sepe abstractum ponunt pro concreto, ut abominationem pro re abominabili, vel abominata. Exod. 8. 18. Abominationes Ægyptiorum immolabimus Domino, Psal. 20. 2. Desiderium (idest, rem desideratam) cordis ejus tribuisti ei. Sic Deus dicitur spes nostra, idest, res sperata, & patientia, ac gloria nostra, idest, propter quem patimur, de quo gloriamur.

Can. 19. Hebrei verba sumunt jam in actu perfecto, jam in continuato, jam in inchoato, ut facere sit idem, quod conari, moliri, incipere aliquid facere. Sic Hebrei aliquando dicuntur egredi ex Ægypto vespero, ut Deuter. 16. 6. aliquando noctu, ut Exodi 12. 42. alibi mane, ut Num. 23. 3. quia scilicet vespere immolarunt

agnum; qui egressus fuit causa, & initium: nam vero ex his Ægyptiorum primogenitis accepunt a Pharaone veniam, imo mandatum exēdi, suaque conuafantes exire cōperunt, mane vero ipso facto, plene, & perfecte egressi sunt.

Can. 20. Hebrewi cum aliquid exaggerare volunt, vel significare gradum superlativum (quo ipsi scripturam) utuntur nomine abstracto, vel concreto geminato, ut sanctitas est, vel sanctum sanctorum est, idest sanctissimum est, quod creditum est in Levitico.

Can. 21. In Scriptura crebra est hypallage, ut Exodi 12. v. 11. Calceamenta habebitis in pedibus, hoc est, invertendo, pedes habebitis in calceamentis, sive calceatos. Nec enim calcei sunt in pedibus, sed pedes in calceis. Exodi 3. 2. in Hebr. Rubus ardebat in igne, idest, ignis ardebat in rubo. Judic. 1. 8. in Hebr. Civitatem miserunt in ignem: idest, ignem miserunt in civitatem, 4. Reg. 9. 30. de Jezabеле dicitur in Hebreo: Posuit in fibro oculos suos, hoc est, posuit fibium in oculis suis, depinxit oculos suos fibio. Psalm. 76. 6. in Hebreo: Propinasti nobis in lachrymis mensuram, hoc est, lachrymas in mensura, utique magna, ut ait R. David. Psalm. 18. 5. In sole posuit tabernaculum suum, hoc est, solem posuit in tabernaculo suo, vel Soli posuit tabernaculum suum in caelis, ut habent Hebreo. Psalm. 80. 6. Testimonium in Joseph hoc est, posuit Josephum in testimonium, cui nimis bene cesserunt omnia, quod legem Dei servaverit: ita Chaldaeus: licet & aliis, magis genuinus, sit ejus loci sensus, ut dixi Psalm. 80.

Can. 22. Hebrewi nomina nunc active, nunc passive accipiunt. Sic timor vocatur, tam is qui timemus aliquem, quam is qui timetur, ut Gen. 31. 42. Deus vocatur timor Isaac, idest, qui timebatur ab Isaac, quem Isaac metuebat, & reverebatur. Sic patientia non tantum vocatur illa virtus, quæ nos impellit ad fortiter patiendum, sed etiam passio ipsa, & res adversa, quam patimur; imo & Deus ipse, propter quem patimur; ut Psalm. 70. 5. Tu es patientia mea, Domine.

sime. Sic amor non tantum vocatur is, quo amamus, sed & id, quod amat, ut, Deus meus, amor meus, & omnia.

Can. 23. In scriptura crebra est Liptote (quæ potius auctoritas, idest tenuitas, dicenda est) hoc est diminutio, quæ res magna verbis exilibus significantur, & quasi immunitur, qualis est illa Virgil. lib. 2. Georgicon:

Quis aut Eurythaea durum,

Aut illaudati nescit Bufridis aras?

Illaudati, idest scleratissimi, & maxime vituperandi. Bufridi enim hospites suos matare, & immolare solebat. Sic 1. Reg. 12. 21. Nolite declinare post vanam, quæ non proderunt vobis, id est, nolite declinare ad idola, quæ maxime oberrunt, eruntque noxia vobis. 1. Mach. 2. 21. Non est utille nobis (idest, maxime obicit nobis) relinqueret legem. Michæl 2. 1. Væ qui cogitatis inutile, idest, perniciosum. Levit. 10. 1. Offerentes coram Domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat, idest, quod eis prohibitus erat.

¶ Can. 24. Moses, inquit Clemens lib. 6. Strom. quia eruditus fuit in omni sapientia Ægyptiorum, hinc subinde in suis legibus utitur hieroglyphica eorum ratione, easque tradit per symbola, & enigmata. Sic & Eleazarus Pontifex Aristæ (ut ipse testatur tract. de LXX. Interpret. tom. 2. Biblioth. SS. Patrum) legato Ptolomæi Philadelphi roganti, cur Moses quadam animalia vetulisset comedи, vel sacrificari, quibus aliae gentes uterentur; respondit hæc Moses præcepta esse symbolica, & enigmatica, qualia sunt Symbola Pythagoræ, & hieroglyphica Ægyptiorum. Porro enigmata Pythagoræ, inquit S. Hieron. lib. 3. contra Ruffin. talia erant: Stateram ne transilias, idest, ne prætergrediari justitiam: ignem gladio ne fodias, idest, iratum verbis ne lacessias: coronam minime carpendas esse, idest, leges urbis non vellicandas, sed conservandas esse: cor ne comedas, idest, moerorem de animo projice: per viam publicam ne ambules, id est, ne multorum sequaris errorem: birundinem in domum non esse recipiendam, idest, garrulos

in domum non esse admittendos: oneratis superponendum esse onus, deponentibus onus minime communicandum esse, idest, ad virtutem contententibus augenda esse præcepta; laborem vero fugientes, & otio deditos, esse relinquentes.

Can. 25. Hebrei recentiores ignorant significationem veram nominum proprietatum animalium, barbarum, arborum, gemmarum, sed quicquid eorum divinit id, quod vult: itaque in hac re certissima regula est, sequi antiquos doctissimos Hebreos, & præ omnibus Interpretem nostrum, qui Ecclesiæ judicio omnium est optimus.

Can. 26. Hebrei nomina animalium, arborum, lapidum generalia sunt, & pluribus communia. Sic! **σάφαν** Saphan, Levit. xi. v. 5. significat chrysogryllum; sed Proverb. 30. v. 26. significat leporem: Psalm. vero 103. v. 18. significat herinacum. Vide Riberam in c. 5. Zachar. n. 21.

Can. 27. Hebrei sepe actum, habitum, & potentiam ponunt pro objecto, & contra, per metonymiam. Sic oculum, vel aspectum vocant colorem, qui est oculi, & visus objectum, ut Lev. 13. 10. dicitur lepra mutare aspectum, idest, speciem, & colorem. Sic rufum Deus dicitur timor, amor, spes, patientia, gloria nostra: quia est objectum timoris, amoris, spei, patientia, glorie nostræ; est enim is, quem timemus, amamus, speramus; propter quem patimur, in quo gloriamur.

Can. 28. Moses in Pentateuco agit primo historicum, secundo legislatorem, tertio Prophetam; unde nunc historice, nunc juridice, nunc propheticæ exponentius est.

Can. 29. Coniunctio **δι**, Hebreis sepe est exegética, notaque exponentijs, significans, idest, ut Num. 3:3. Quorum repletae, **δι** (idest) consecrata manus, repiere enim manus oleo, erat eas consecrare ad sacerdotium. Sic Coloss. 2. 8. Videze, ne quis vos seducat per Philosophiam, **δι** (idest) inanem fallaciam. Non enim Apostolus damnare vult philosophiam veram, sed tantum fallacem, & sophisticam. Simili modo capi-

ter **δι** Matth. 13. 41. Jerem. 34. 2. & alibi Can. 30. Hebrei interrogatione utuntur sepe in non residua, sed clara, neque ad increpandum, sed ad excitandum, acendumque audientis animum. Sic Gen. 47. 10. dicunt Egyptii Iosepho; *Cum morierum, te vidente?* Sic Exodi 4. 2. Deus ait Mosis: *Quid es, quod tenes in manu tua?* &c. 14. 15. *Quid clamas ad me?* Sic illud Christi ad matrem: *Quid mihi, **δι** tibi es, mulier?* non castigatio, sed spei est probatio, eam excusens.

Can. 31. Omnia præcepta Pentateuchi, etiam judicialia, sunt juris divini, quia a Deo sanctificata: quædam tamen ex iis non videntur obligasse sub peccato mortali, sed tantum veniali, ob levitatem materiæ, ut *Agrum non seres diverso semine*. Levit. 19. 19. Si inveneris nitidum, pullos cape, matrem dimitte, Deut. 22. v. 6.

Can. 32. Scriptura, maxime in prophetis, subinde simul complebitur typum, & antitypum, holt est rem, quam proprie verba significant, & simul allegoriam, quam res illa representant; sed ita, ut quædam magis typo, quædam magis antitypo convenient; turnque duplex illius loci est sensus literalis; prior historicus, secundus propheticus. Sic enim & ingeniis adolescentibus sepe ludunt, & rident focum, dicendo, v. g. Tu es longis naribus, & simul significant eum esse sagacem, q. d. Tu æque es nascitus, ac nascatus: ubi vox nares & propriam retinet significationem, & alteram asciscit, per elegantem allusionem, & allegoriam. Quidni ergo Spiritus sanctus uno conceptu, & oratione completi possit signum, & signatum, typum, & veritatem? Exempla sunt 2. Reg. 7. 12. ubi ad litteram loquitur de Salomonem, sed tamen per hyperboleum quædam de eo dicit, qua proprie, & plene ad literam soli Christi competunt.

Can. 33. Plures etiam, non tantum typice subordinatos, sed etiam dissimiles, & disparatos, posse esse sensus literales Sacra Scriptura docet. S. Aug. lib. 2. Confess. c. 18. 25. 26. 31. & 32. quem citat, & sequitur D. Thom. 1. p. q. 2. art. 10. in CORP.

corp. idque colligitur ex Conc. Lateran. c. Firmi-
ter, de sum. Trin. ubi Concilium ex illo Gen. 1.
In principio creavit Deus cœlum, & terram,
juxta duos sensus literales, duas concludit veri-
tates, scilicet, quod mundus incepit, quasi rō
in principio, significet principium temporis, &
quod nihil ante mundum sit productum, quasi rō
in principio, idem sit, quod ante omnia. Sic illud
Ps. 1. 7. Ego hodie genui te, Patres tam de humana,
quam de divina Christi generatione explicant.

Can. 34. Apud Hebreos, præfertim Prophetas,
crebra est enallage, & commutatio, tum perso-
ne, ut transcant a prima, vel secunda, in ter-
tiam, qualis est Deut. 33. 7. tum temporis, ut
præteritum ponant pro futuro, ob futuri certitu-
dinem, qualis est Deut. 32. v. 15. 16. 17. 18. 21.
22. & seq. tum numeri, ut a singulare transcant
in plurale, & contra, qualis est Deut. 32. v. 15.
& 16. tum generis, ut a feminino transcant in
masculinum; & contra; qualis est Genes. 3. 15.

Can. 35. Clima, seu plaga orbis, ut Oriens,
Occidens, Meridies, & Septentrio, in Scriptura
intelligenda sunt juxta fidum Iudeæ, Ierusalem,
& templi. Iudeis enim scribunt Moses, aliquae
hagiographiæ: & Iudea sita, quasi in medio orbis
habitat, & cuius erat terra, & peculum Dei.

Can. 36. Una res est figura duorum, etiam
contrariorum, sed alio, & alio respectu. Sic di-
luvium, quatenus in eo enatavit Noe per arcum,
sunt fidelibus typus baptismi: quatenus vero eo
mersi sunt impi, sunt typus supplicii reprobis ir-
rogandi in extremo judicio. Sic Christus est petra,
& lapis angularis Ecclesiæ, sed piis est lapis salu-
tis, infidelibus vero, & impiis est lapis offendien-
sis, & petra scandali. Sic Christus vocatur leo ob
fortitudinem: diabolus vero vocatur leo ob
cruelitatem, & rapacitatem. Tradunt hunc cano-
num S. August. epist. 99. ad Evodium, & S. Ba-
silii in Isaia c. 2.

Can. 37. In sensu literali omnes sententia-
re, omniaque verba debent explicari, & accommodar-
i rei significatiæ: id autem non est necesse in
sensu allegorico, Imo S. Hieron. Gregor. Orig.
& alii

& alii sapienter volunt esse allegoriam, at-
que in ea explicanda non servant rigorem hi-
storiae. Exemplum est in Davidis adulterio, quod
S. August. Ambr. & alii docent fuisse typum
amoris Christi in Ecclesiam Gentium, que antea
cum idolis, ut adultera, vixerat.

Can. 38. In Mose, & Scriptura non raro est
hendyadis, que figura est, que unum in duo di-
viditur, unde rectius vocatur ἐν δύο στοιχ., id.
est, unum per duo, ut apud Vitgil. t. Æneid.
Molemque, ὅ montes insuper altos imposuit,
idest, moles altorum montium imposuit; & ali-
bi, aurum frænisque momordit, frænos autem
momordit; & alibi, Pateris libamus, ὁ αὐρός,
idest, pateris aureis. Talis est Gen. 1. 14. Sunt
(sol, & luna) in signa, ὅ tempora, ὁ dies,
ὅ annos, idest, sunt in signa temporum, die-
rum, & annorum. Talis quoque est Coloss. 2. 8.
Videte, ne quis vos seducat per philosophiam,
ὅ inanem fallaciam, idest, per philosophiam
inanis fallacie, hinc que sit inanis fallacia: q. d.
Non damno omnem philosophiam, sed eam can-
tam, que non est aliud, quam inanis fallacia,
τὸ enim ὁ, ibi, & alibi, per idest, exponi debet.

Can. 39. Solet Moses, aliquæ Prophetæ redemp-
tionem Christi duplice nomine, & fere copulato
significare, puta strage, & salute, ultione, &
redemptione, indignatione, & pace, sanguine,
& incolumitate, pretio, & victoria. Hinc Se-
cundo Prophetæ, nulla facta distinctione inter
hostes, & cives, Christum venientem ad redi-
mendos homines, inducent quasi ducem cataphra-
ctum, qui divino furore actus in homines irruit,
atque obvios quoque deturbat, proterit, truci-
dat. Sic enim canit Balaam Numer. 24. 17. de
Christo Salvatore: Percutiet duces Moab, vasta-
bitque omnes filios Seth, idest, omnes homines,
hi enim prognati sunt ex Adam per Seth. Et
Psalms Psalm. 109. 6. Judicabit in nationibus,
implabit ruinas, conquassabit capita in terra
multorum, de torrente in via bibet.

APPENDIX II.

Terræ Sanctæ, sive Chanaan, Brevis descriptio.

Provincia hac Syrie longe celeberrima olim Terra Chanaan dicta fuit, a Chanaan filio Cham, qui communis discessionis necessitate pulsus eam tenuit: Terra item Promis-
sa, sive Promissionis, quod Patribus Abrahæ, Isaac, & Jacob a Deo promissa esset. Hac ipsa, veteribus Incolis ex ea pulsis, atque Israelitis in eorum locum substitutis, Israëlis, & Iudea coepit appellari. Ptolomæus, & alii Palestini nuncupant a Palestini populis magni nominis, qui in Sacris literis Philistini vocantur: Chri-
stiani Terram Sanctam. Regio hac in umbilico Orbis constituta, inter Mare Mediterraneum, & Arabiam, qua ex parte Montibus fere continuis natura ultra Jordanem fl. vallatur: atque ab Egypto incipiens, ut vult Herodotus, vel, ut alii a Sirbonis lacu, usque ad Phoeniciam porrigitur. Ab Oriente autem Syriam, & Arabiam: a Meridie desertum Pharan, & Egyptum; ab Occidente mare Magnum, seu Mediterraneanum: a Septentrione vero Libanum mon-
tem, fines habet. Ejus longitudi ad Septentrio-
nem a Civitate Dan ad radicem Montis Libani
sita (qua postea Cesarea Philippi, & Paneas
dicta est) versus Meridiem porrigitur, & usque ad Bearsebach Civitatem in Tribu Simeonis con-
tra desertum magnum sitam, plus minus LXVII.
conficit milliaria, singula unius hora itinere com-
mensuranda. Latitudo vero, qua ab Occidente a Mari magno in Orientem ad Jordanem usque sumenda, quibusdam locis XVI, quibusdam XVIII.
milliaria complectitur. Inter omnes vero regio-
nes, qua sub Cœlo sunt, ob Aeris salubritatem,
Cœlique temperiem imprimis commendatur, in
qua nec rigor est nimius hyemis, neque aestatis
ardor.

Appendix.

227

ardor. Imprimis autem ob soli libertatem, fru-
gum omnis abundantiam, atque aliarum
omnium rerum copiam, que res tum ad homi-
num vitam sunt necessarie, tum etiam earum,
que hominibus solent esse in delitiis, apud Scrip-
tores tam sacros, quam prophanos maximis est
celebrata laudibus. Motes de hac ita Israelitis
est vaticinatus Deuter. 8. Ecce Dominus Deus
tuus introduxit te in regionem bonam, & am-
plam, cuius aquæ, torrentes, & fontes abyssi
exiunt ex planitiebus, & montibus, terram tri-
tico, & hordeo abundantem, Vitibus, Ficibus,
Malis, Funicis, Palmis, terram Oleo, & Mel-
le affluenter, in qua pane tua absque penuria
vescaris: terram, cui pro lapidibus est Ferrum,
& cuius ex Monibus Aeris effodias: terram La-
de, & Melle manantem: terram, quam Deus
tuus procurat, cui divinitus prosperitas est col-
lata, ut fertilitate omnes alias terras supererit,
ac Paradisi Dei sit adsimilis. Longum foret re-
liquorum Iosephi, Plinii encomia, quibus mi-
ram hujus terra commendant fertilitatem, com-
memorare. Videndum de his occulatus testis Bro-
cardus. Ex his vero, que ad vitæ delicias, vel
Medicinae usum faciunt, præcipue commendatur
Balsamum, huic olim Orbis parti generosissi-
mum: a Deo concessum, quo nunc caret. Aromata, Mastix, ac duo Nucum genera, alte-
rum Amygdala Latinis dictum: alterum vero,
quod optimum in ea regione est, Græcis, & La-
tinis Pistacia dictum. In montibus etiam Fer-
rum, atque Aeris Metalla effodiuntur. Aquis dul-
cibus, & amarus paucis abundat: Pecoribus,
Armentisque frequens, Lactis copia, & bonitate
nulli concedens. Aprorum item, Capreolorum,
Leporum, Perdicum, Coturnicum, ac aliorum
ejusmodi Animalium, & Avium optima hic ve-
natio. Lupi, Cervi, Leones, Ursi, & Camelii
innumeri inveniuntur. Terra autem Chanaan
Regna, Regesque habebat triginta, & unum,
præter Sidonios, & Palæstinos maritimos, cum
ab Israëlis occupata, atque obtenta fuit, ma-
xima antiquorum cultorum parte vel interfecta,

vel

vel depulsa: Ipsi vero Israelite sub Dicibus fuerunt annis circiter quadragesima, & quinquaginta, usque ad Samuelem Prophetam. Quorum non fuit successio ex certa stirpe, aut electio certi Senatus, sed velut Aristocratis Seniorum in singulariis Tribubus. Post mutata fuit forma huc gubernationis a Deo instituta in Regnum, populo id flagitante, ac multos annos duravit hoc Politia. Successu tamen temporis multas calamitates passi Israelite, donec tandem omnino regno sunt exuti. Varias enim mutationes expertam hanc gentem, multisque bellorum tempestatibus agitatam fuisse, vel gentis ingenio Imperium nec suum, nec alienum ferente, vel peccatis eorum divinam iram provocantibus, vel exteris regionem felicissimam appetentibus, sacrae, & prophanae Historiae nobis testantur. Vixi aliquoties in duram fetvitatem exportati, nec secundis, nec rebus adversis idonei fuere. Experti jugum modo vicinorum, modo remotissimorum populorum. Aegyptiorum, Chaldaeorum, Mecorum, Persarum, Macedonum, Romanorum: nec desisterunt unquam feditis consiliis, seque, suamque Rempublicam omnem pessundare, donec ipsum Filium Dei, humani generis Servatorem, nefariis manibus (quo nullum scelus altius enti potuit) Crucifixerunt. Ex eo sequutus longa serie novus malorum ordo. Titus Vespasianus, Iudea devicta Hierosolymis captis, multis Iudeorum milibus in captivitatem abducitis, pluribus occisis fame, peste, igni, gladio, Templum, & quidquid sacri, aut prophani erat, vastavit, diruiteque anno a Christo nato LXXIII. quod ipse in terris agens futurum ante praedixerat. Urbem restituit Illius Adrianus, mutata nonnihil loci regione: Ac Templum vetus Salomonis dissipatum, dirutumque jacut usque ad annum CCCLXIII. quo Julianus Apostata Iudeis illius instaurandis copiam fecit, qui tamen miraculo territi a cōptis desisterunt. Anno DCXV. Chosroes Perseorum Rex urbem cepit, & in ea nonaginta millia hominum trucidavit: sed ab Heraclio superatus, & captus pœnas dedit. Anno DCXXXVI. Hummar Saracenorum Princeps Iudeam omnem sibi

subjecit, mansaque totos CCCL. annos sub Saracenorum potestate. Anno autem MXCVII. eum in Concilio Claromontano decreta esset sub Urbaño II. sacra profectio recuperanda Terra Sancta gratia, Gotofredus Bulioneus coactis Christianorum copiis amplissimis (dicitur enim CCC. fuisse peditum milia, C. millia equitum) Saracenos expulit. Anno MCLXXXV. Saladinus Perseorum Rex Saracenos restituit. Haud multo tamen post rursum invadere Christiani. Iterumque Saraci anno MCCVII. donec post variaz mutationes Turce eam omnem occupaverunt anno MDXVII. Complectitur hoc Idumæam, Iudeam, Samariam, & Galilæam. Idumæa initium trahit a Cæsio monte, vel secundum alios a Sirbonis lacu, & versus Ortum ducitur, usque ad Iudeam. In ea sunt hæc civitates Maresa, Rhinocerora, Raphia, Anthedon, Ascalon, Azotus, & Gaza, Iudea Palestina pars longe celeberrima, sita inter mare Mediterraneum, & lacum Asphaltitem, atque inter Samariam, & Idumæam. Nomen ei potissimum Tribus Iuda indidit, in qua urbes, & oppida plurima fuerunt: sed oram clarissima Hierusalem Iudeæ Metropolis toto Orbe celeberrima. Tempore Ptolomei Alia Capitolia dicebatur, hodieque a Barbaris incolis Coz, aut Godz, aut Chutz dicitur. Præter Hierosolymam in Iudea sunt etiam alia Oppida, ac loca celebria, ut Jericho, Joppe, quæ nunc Jaffa: Tauris Stratonis, polsæ nuncupata Cesarea, Berilehem, Chebron, sive Hebron, prius Arbec, & Mamre, & Cariatharbe, hoc est civitas quatuor virorum. Et trans Jordanem Macherus Oppidum & castrum munitissimum. Hic etiam fuere Sodoma, & Gomorrha, quæ ob flagitia, & sceleris funditus subversæ sunt. Sequitur Samaria media inter Iudeam, & Galilæam sita. Nomen ei a Metropoli cognomine, quam Amri Rex Israel condidit, nunc Sébastæ dicitur: Oppida hic sunt Sichem, polsæ Neapolis, Capernaum, Bethsaida, Chorazain, Galilæa sita est inter Montem Libanum, & Samariam. Hæc in superiorum, & inferiorem dividitur. Superior, aliter Galilæa gentium dicta, Tyro contermina. Inferior sita ad mare Tiberiadis, vel

vel Genazareth. Urbes in hac sunt *Naim*, *Cana*,
Nazareth, & *Gadara*. Ceterum tota regio inter
duo Maria, & Jordanem flumen sita, Lacus non
paucos habet, eosque, qui navigabiles sunt, &
optimis abundant pescibus. Fluvius vero *Jordanis*,
qui Hebreis *Jorden*, hanc regionem, quam longa
est, secat. Hic, ut scribit Hieronymus, ex duo-
bus fontibus haud procul a se distisit *Jor*, scilicet,
& *Dan*, bicornis eorum erumpit, alterum cornu
Jor; alterum *Dan*, vocant adcole, conjuncti effi-
cient *Jordan*, vel *Jordanem*. Montes praecipuos
habet Hermon ad Orientem, & Tabor ad Oc-
cidentem, eosque maximos, & editissimos quo-
rum alii vel brachia, vel partes, vel ramenta
sunt. *Ehal* enim, *Bethoron*, & *Misna*, sive *Mas-*
pha, & *Betel* ad *Hermon*: *Gelbo*, *Garizius*, *Sa-*
rona, & postremus, ac mari proximus *Carmel*, ad
Tabor referuntur. Sunt & isti, *Mons Sion*, *Mori-*
ah, *Olivaram*, *Calvariae* & alii. *Sylvis* etiam,
Lucis, & *Nemoribus* superbit. Multa etiam hic,
& potissimum Hierosolymis praeclara adficia. Ex
iis vero operibus, quæ præcipua antiquis, & re-
centioribus temporibus in urbe fuisse commemo-
rantur, primum fuit *Mons Domus*, & *Jabusa* orum
Arx, ad quam iam dirutam arca Domini a Davide
rege aportata fuit, in eoque loco mansit, quod
Templum a Salomone construendum, consecratum
que fuit: cuius loci vestigia nunc extant, ubi &
Christus Pascha cenasse perhibetur. Ibidem *Dá-*
vidis, Regumque Iudeæ monumenta visuntur. Fuit
etiam *Domus David*, que hactenus *Turris David*
nomine appellata conservatur. *Mello* etiam reli-
quie sunt certis ruinis ad Montis Moriah extrema
conspicuæ. Imprimis autem memorandum Tem-
plum Salomonis celeberrimum, quod spatio se-
ptem annorum centum, & quinquaginta millium
homium continua opera absolvit: De cuius ma-
gnificentia in lib. 1. Regum c. 6. & 7. & Chron.
lib. 2. c. 3. & 4. abunde legere est. De legibus,
& institutis brevitatí studentes nihil adjiciemus. Le-
tiores ad libros Moys., *Exodus*, *Leviticum*, *Nu-*
meros, & *Deuteronomium* referentes.